c.j.§.fi.in ti.de cap.coꝛa.Et inſtat pꝛefa tus doc.quõ ſeruiet dño in bello ipſe r̃ndet ꝙ clericus in ſacris nõ pugnabit in pꝛopꝛia pſona ppter ſanguinis effu‑ ſionẽ et pꝛopter piculũ irregularitatis c.j.extra de cleri.pug.in duel.Sʒ expoꝛ‑ tabitur alios bellatoꝛes in aciem belli allegat Jo.allancũ marlieñ.in ſua ſum‑ ma in ti.qui.mo.feu.amit.ver.ſed q̇d ſi ſit clericus vel poterit ſeruire p ſubſti tutũ acceptabilem dño vult gl.in pꝛeal legato.c.j.in tit.de beneſi.femi.Ad mo tiua adducta.s̃.pꝛo parte cõtraria ego reſpõdebã.Et pꝛimo ad.c.qui cleric⁹. ⁊ ad.c.j.an mutus ⁊ ſurd⁹ ⁊c.Et ſimilia iura dicẽtia clericum nõ eſſe ſucceſſibi lem in feudo ꝙ debent intelligi quãdo eſſet tale feudũ cui vaſallus nõ poſſet ſeruire vel nollet p ſubſtitutũ alias au‑ tem ſi velit ſeruire per ſubſtitutum dño acceptabilem tunc admitteret ad ſuc‑ ceſſionem feudi vt ſupꝛa pulcherrimis autoꝛitatibus ⁊ motiuis compꝛobaui. ¶ Ad autoꝛitatẽ Jac.d̃ bel.Bal.⁊ Alb. ego reſpondebam ꝙ erant plures doc. pſtãtiſſimi qui tenebãt cõtrariũ quoꝛũ noĩa ſupꝛa recitaui.habetis iſtum arti‑ culũ pleniſſime expeditũ.¶ Quid au‑ tem ſi acta ſit in inueſtitura ꝙ vaſallus nõ poſſit ſeruire per ſubſtitutum ſed in ppꝛia pſona dicite vt habet p doc.ma‑ xime per Alua.in.c.minoꝛ.in titu.ſi de feu.defunc.fue.controuer.

1 ¶ Feudum quõ diffiniatur.
2 Pꝛinceps an poſſit alienare ea q̃ ſunt pꝛincipatus.
3 Pꝛinceps an poſſit infeudare regalia.
4 Regalia que dicantur.
5 Feudũ multipliciter diuiditur.
6 Feudum ſimplex et rectum eſt qd̃ non habet ſeruitia determinata.
7 Domus alicui in feudũ cõceſſa ad ha‑ bitandum an poſſit alteri locari.
8 Feudum paternũ eſt quod fuit acq̇ſitũ a patre.
7 Res in feudum paternum cõceſſa non tranſit vltra quartam generationem.
10 Feudum nouum quid ſit.
11 Epiſcopi ⁊ alij p̃lati an poſſint infeuda re de nouo res eccleſie.
12 Eccleſia qualiter pꝛouidere poſſit de feu do quod non poteſt recuperare.
13 Feudum habens pꝛopꝛiã naturã feudi: et feudum quod nõ habet pꝛopꝛiã natu ram feudi qualiter dicantur.
14 Feudũ curſoꝛis ſi cõcedatur claudo an valeat talis conceſſio.
15 Feudum conditionatũ quid ſit et quam habeat efficaciam.
16 Feudum maſculinum aut femininum qualiter dicatur.
17 Feudum reale aut perſonale qualiter dicatur.
18 Domus alicui in feudum conceſſa ad vtendum et fruendum an poſſit trãſire ad heredes.
19 Feudum ligium ⁊ non ligium qualiter dicantur.
20 Feudi ligij virtus que et quanta ſit.et nume.22.
21 Feudum nõ ligium quid ſit.
23 Inſtrumentum homagij qualiter ſit cõ cipiendum.
24 Feudum nobile aut ignobile qualiter dicantur.
25 Feudum minus nobile aut mediocri‑ ter nobile quid ſit.
26 Feudũ non nobile ſeu burgenſe quan‑ do dicatur.
27 Feudum liberum et francum qualiter fieri dicatur.
28 Feudum annale ſeu perpetuum quali‑ ter dicatur.
29 Feudũ iurabile ⁊ nõ iurabile quale ſit.
30 Feudũ diuiſibile aut indiuiſibile quale dicatur.
31 Feudum tranſitoꝛium ad omnes here des quid ſit ⁊ quid nõ tranſitoꝛium ad omnes heredes.
32 Feudoꝛum quoddam ſeculare:quoddã eccleſiaſticum.
33 Eccleſia dono recipiens a rege vel ba rone vel duce comitatum vel baroniã an tenebitur ad tributa ad que pꝛi⁹ te nebatur.
34 Donatio eccleſie facta an pacto poſſit reuocari.
35 Donatio per pꝛincipem eccleſie facta an p ſucceſſoꝛes poſſit reuocari.
36 Eccleſia recipiens feudũ an teneatur iurare fidelitatem.
37 Conſuetudo infeudendi bona eccleſie quãtum tẽpus requirat vt inducatur.
38 Stante conſuetudine eccleſie infeudã di maſculos tantum an poſſit quis ab illa infeudari pꝛo ſe et ſuis heredibus tam maſculis q̃ feminis.
39 Stante conſuetudine eccleſie infeudã‑ di tantũ vnam vel duas res an poſſint infeudari plures.
40 Tenens rem eccleſie in feudũ an poſ‑ ſit alteri infeudare.
41 Tenens feudũ ab eccleſia an poſſit vẽ‑ dere cũ conſenſu pꝛelati illius eccleſie.

¶ Sequitur tex.

## In feudum.

1 ¶ † hic ante oĩa eſt vidẽ dũ de diffinitiõe feudi di cite ꝙ feudũ eſt bñficium ex bñuolẽtia datũ retẽta ppꝛietate trãſlatoq; vſufructu in reci piẽdo p ſe ⁊ heredib⁹ ſuis maſculis ⁊ fe minis ſʒ ſi de his feminis dictũ ſit.ita vt ipſe recipiẽs ⁊ ei⁹ heredes dño ſerui re teneant.Jta diffinitio pbat in.c.j.in
2 ti.in q̃.cau.feu.amit.¶ † Circa hoc que ro nũquid pꝛinceps poſſit alienare ea que ſunt pꝛincipatus.Cõcludit ex mẽ‑ te Bal.quẽ ceteri ſequũt in pe.feudo‑ rũ in ver.expedita.ꝙ ſi vult alienare ex pꝛopꝛiando ſeu abdicãdo a ſe omne do miniũ iuriſditionẽ ⁊ ppꝛietatẽ tũc non põt qꝛ hoc eẽt defoꝛmare pncipatũ.Et ita not.in.c.intellecto.extra de iureiu. de quo p eũdẽ Bal.in pe.ff.in.ü.charta facit ꝙ habet in.c.in apib⁹.vij.q.j.vbi gl.dicit ꝙ imperatoꝛ grec⁹ nõ eſt ppꝛie imperatoꝛ ſed romanus ſic.Aut vult alienare retinendo ppꝛietatẽ ſeu dire‑ ctum dñiũ transferendo vtile in aliũ p viam infeudationis et tũc põt hoc face re niſi talis infeudatio vergeret in ma gnũ pꝛeiudiciuʒ pꝛincipatus puta quia rex paſſim infeudat modo vnã ciuitatẽ modo aliã:⁊ iſtud eſt deſtruere regnum vt no.in.c.grandi.extra de ſupplen.ne‑ gligẽ p̃la.facit.l.ſumma rõne.ff.de pe‑ cu.Raʒ ſm And.de yſer.⁊ Bal.in loco allegato in feu.nõ dʒ minuere coꝛonaʒ
3 regalẽ† vnuʒ notetis quod qñ pꝛinceps infeudat regalia nihil valet infeudatio niſi in ea ſit appoſita clauſula mot⁹ pꝛo pꝛij vel clauſula ex certa ſcientia.l.j.C. de petiti.bonoꝛum.ſubla.libꝛo.x.Et ita vult Alb.de roſa.in.l.quoties.C.de pre
4 ci.impera.offe ¶ † Que autem dicã‑ tur regalia habet.in.c.j.i ti.q̃ ſint reg.⁊ per Bald.in.c.j.in titu.epiſc.vel abba.
5 ¶ † Nunc deſcendo ad diuiſionẽ feudo rũ:⁊ debetis ſcire ꝙ habemus multas feudoꝛum diuiſiones.Pꝛima diuiſio eſt qꝛ quoddam dicit regulare ſeu habere annexã dignitatẽ.quoddã non.feudum qd̃ habet annexam dignitatẽ dicit feu dum regale ducale vel marchionale.c. j.in ti.de feu.march.c.j.quis dicat dux march.vel co.Alia ṽo feuda nõ habẽt annexã dignitatẽ ar.p locũ a cõtrarijs inſti.de his q̇ ſunt ſui vł alie.iur.Et de iſtis dignitatibus dixi.s̃.in verbo dux
6 et in verbo marchio.¶ † Scḋa diuiſio feudoꝝ eſt qꝛ quoddã dicit ſimplex ⁊ re ctũ qd̃ nõ habet ſeruitia determinata. c.fi.in ti.de capita.q̇ curiã vendi.Et di‑ cit notãter Jo.ray.in ſuo cõpẽdio feu. in.c.iperialẽ.§ firmiter.circa.xxvj.colũ. in tit.de phi.alie.feu.p Fed.ꝙ dicũtur feuda pactionata ſeu ꝯditionata qñ in ꝯceſſiõe eſt determinatũ certũ ſeruitiũ puta de aſſociãdo vxoꝛẽ dñi vel de filia maritãda.Et hoc caſu vaſallus non te‑ neť niſi ad ea q̃ in pactionib⁹ expꝛeſſa ſunt.l.j.§.ſi cõueniat.ff.depoſi.l.i tradi‑ tionibus.ff.de pac.l.legẽ.C.illo eo.tit. Subũcit tñ Jo.ray.in loco allegato ꝙ attẽdẽda eſſet nihilominus cõſuetudo patrie.l.vẽditoꝛ.§.cõſtat.ff.cõia pdio.l. ſiũ.in fi.ff.de teſt.habet l.l.j.C q̃ ſit lõg.
7 cõſue.¶ † Juxta hoc dubitat q̇d ſi dñs cõcedat in feudũ domũ alicui ad habi‑ tãdũ an ipſe recipiẽs poterit illã domũ alteri locare.Bald.in pe.feu.in ij.diui ſione determinat ꝙ ſic p l.arboꝛib⁹.§. vſufructuarius.ff.de vſufruc.niſi dom⁹ eſſet alteri cõceſſa ita ꝙ habitaret eaʒ cõtemplatione ⁊ p honoꝛe dñi.nã tunc nõ poſſet locare ar.l.vnica.§ ne aũt.C. de cad.tol.⁊.l.inter artifices.ff.de ſolu.
8 ¶ † Tertia diuiſio feudoꝝ ẽ qꝛ quod‑ dã dicit paternũ:quoddã antiquum:et quoddã nouũ.paternũ dicit ꝙ fuit acq̇ ſitũ a patre.c.j.§.his ṽo.in ti.de gradi

ſue.in feud.z.c.j.i ti.de nat.ſuc.feu.Di
cit tñ elegãter Bal.in.c.j.§ hoc quoqꝫ.
in.fi.col.in ti.de ſuc.feu.ꝙ paternũ feu
dũ dicit proprie vſqꝫ ad quartũ gradũ
z ꝯtinẽtur hẽ ꝑſone pater auus ꝓauus
et atauus.ab inde vero ſupra dicit an-
9 tiquum.¶ †Ex quo infert ſingulariter
ꝙ qñ cõcedit alicui res in feudũ pater-
nũ tale feudũ non extendet vltra quar
tã generationẽ.Et ideo cũ magno my-
ſterio in inueſtituris apponunt iſta ver
ba in feudũ antiquũ z paternum qd eſt
mẽti tenendũ ſm eũ.Et ſic patet qñ di
10 catur antiquũ.†Nouũ aũt feudũ eſt il-
lud qd de nouo fuit acquiſitũ.c.j.in tit.
qui teſt.ſunt neceſ.ad probã.not.inue-
ſti.z.c.j.z.ij.in ti.de duo.fra.de no.bñfi.
11 inueſti.¶ †Iuxta ꝑdicta formo vobis
pulchram queſtionẽ vos ſcitis ꝙ eps̃ z
alij prelati ꝓhibent infeudare de nouo
res eccleſie ſolitas aut bñ poſſunt.c.ij.
extra de feu.Ponamus eps̃ inueſtiuit
aliquẽ de quodã caſtro eccl.ſue z in in-
ueſtitura aſſeruit illud feudũ eſſe anti-
quũ recognoſcẽs ꝙ ille cui cõcedebat
z predeceſſores ſui cõſueuerũt tenere
in feudũ vtrum ꝑ iſta ṽba ꝓbet feudũ
eſſe antiquũ vt ſic valeat infeudatio et
ſic eps̃ inueſtiuit illum tanꝙ de veteri
z antiquo feudo.Bal.in proe.feudo.in
iij.diuiſione determinat ꝙ ꝑ dicta ṽba
nõ probat feudũ eſſe antiquũ qꝛ preſu-
munt talia verba prolata in fraudẽ le-
gis ar.l.qui teſtm̃.ff.de ꝓbat.z.l.cuꝫ q̇s
decedens.§.titia honeſtiſſima.ff. dele.
iij.Nã talia ṽba enũtiatiua ꝓlata inter
ꝓhibitos nõ ꝓbãt neqꝫ diſponũt.l.ſi for
te.z.l.caſtrẽſe.ff.de caſtrẽ.pecu.Secus
ſm Bal.in loco prime allega.ſi prelatꝰ
cũ.c.aſſeruiſſet feudũ eſſe antiquũ z iu
raſſet cũ capitulo oĩa vera eſſe q̃ ꝯtinẽ
tur in illo inſtr̃o inueſtiture z ꝑlatꝰ eſſe
hõ diligẽs z in.c.eẽnt ꝑſone prudẽtes.
Nã tũc crederet talibꝰ verbis enũtia-
tiuis allegat tex.cũ glo.ord.in aut.hoc
ius porrectũ.C.de ſac.ſan.ec.Vos te-
nebitis cõtrariũ primo ꝑ text.in.c.j.ex̃
de re ec.nõ alie.lib.vj.z ꝑ.l.iubemꝰ.ibi
aeſſ oẽs.C.de ſac.ſan.eccl.Et ꝑ no.in.c.
ꝙ q̇buſdã.extra de fideiuſ.z i.c.grauis.
extra de depoſi.alioquin eſſet apta via

fraudibus cõtra.c.q̃to.extra de diuo
ci.l.in fundo.ff.de re ven.Ad glo.dicte
aut.hoc ius porrectũ.Ego rñderẽ ꝙ lo
quit in mutuo nos aũt loqmur in alie-
natiõe rerũ immobiliũ eccl'ie.Et hoc
de mẽte Bar i.d.aut.hoc ius porrectũ
ꝙ dixi.s.ꝙ ſi ꝑlatꝰ in inueſtitura atte-
ſtet feudũ eſſe antiquũ et inueſtiat tãꝙ
de veteri z antiquo ꝙ ꝑ talia verba nõ
ꝓbabit feudũ eſſe antiquũ limitabitis
niſi talia ṽba enũtiatiua reperient ſcri
pta in aliquo inſtr̃o antiquo.nã tũc ſta
ret talibꝰ ṽbis et ꝑſumerent eſſe ṽa ꝑ
not.ꝑ Cy.z Bal.in.l.emãcipatiõe.C.de
fide inſtru.z Jo.And.poſt Hoſt.in.c.ol
bericꝰ.extra de teſti.z per Ant.de but.
in.c.qm̃ cõtra falſam.extra de ꝓba.no.
ꝑ doc.maxime Ang.in repetitiõe.l.ſcil
12 dũ.ff.de ṽb.oblig.¶ †Addo vobis ali
pulchrã limitationẽ.Nã ſi eccl'ia feudũ
qd eſt in manibꝰ potẽtis nullo mõ põt
recuperare tũc ꝑlatꝰ poterit infeudare
alteri q̇ extirpet illud feudũ de manibꝰ
alterꝰ potẽtis.c.ij.extra de feu.Sꝫ ho
ꝓcedat in rebꝰ nõ feudalibꝰ.Puta ali
res eccleſie q̃ non eſt feudalis de fact
occupat ꝑ potẽtẽ ita ꝙ ꝑlatꝰ nõ põt e
habere an poterit infeudare alicui po
tẽti de nouo vt recuperet eſſe.Jo.and
cõſuluit ꝙ nõ qꝛ apta eſſet via fraudi
bus.Nã ꝑlatus volẽs infeudare alicui
ſuo cõſanguineo vel amico poteret in
uadi rẽ eccl'ie ꝑ potẽtẽ ad finẽ ꝙ poſſ
ea poſſet infeudare de nouo.z hãc opi.
ſequit.d.Abbas i ꝑallegato.c.ij.Aduer
tite etiã ad id qd dixi ſupra ꝙ nõ ſtatur
verbis aſſertiuis ꝑlati aſſerẽtis feudũ
eſſe antiquũ qꝛ ſecꝰ eſſet in ꝑncipe.Nã
ſi princeps inueſtiat aliquem de aliquo
caſtro in feudum antiquum auitũ z pa
ternũ licet in veritate ſit nouum tñ ha
bebit naturam feudi antiqui.Jta dici
nõ Bal.quẽ ceteri ſequunt in.c.j.in ti.
de alie.feud.pater.qd eſt bene notãdũ
13 ¶ †Quarta diuiſio eſt qꝛ quoddam eſt
feudũ habens propriam naturã feudi.
Aliud vero non habens propriam na
turam feudi.Feudum habens propriã
naturã eſt ꝙ ſequit ꝓpriã z regularem
naturã feudi.Feudũ vero non habens
ꝓpriã naturã eſt ꝙ non ſequit regulare



naturã feudoꝝ de hoc habet i.c.j.i tit.
de feu.nõ habẽ.ꝓpꝛ.natu.Accipite exẽ
plũ ꝓpria z vera natura feudi eſt ꝙ nõ
poſſit alienari ſine cõſenſu dñi.c.impe
rialẽ.z in prin.in ti.de ꝓhi.alie.feu.per
Fed.vñ ſi dñs ꝯceſſerit alicui rẽ in feu
dũ ꝓ ſe z heredibus z cui dederit.Iſta
verba z cui dederit habẽt impropriare
naturã feudi adeo ꝙ tali modo inueſti
tus poterit alienare.d.c.j.Itẽ propria z
vera natura feudi eſt qd ſit tranſitoriũ
ad oẽs deſcẽdẽtes.c.j §.cũ ṽo. in tit.q̃
feu.da.poſ.vñ ſi ꝯcedat alicui in feudũ
guardie vel caſtaldie qꝛ tale feudũ non
trãſit ad ſucceſſores.c.j.i ti.ð feu guar.
dicit feudũ non habẽs ꝓpriã naturam
14 feudi.¶ †Sed q̇d ſi feudũ curſoris ſit
conceſſum claudo an valebit conceſſio.
Bal.in prin.feu.determinat ꝙ ſic quia
ſic lꝫ claudꝰ nõ poſſit currere tñ pote-
rit feudũ.locare alteri valẽti currere.c.
j.§.donare.in titu.qual.pote.feud.alie.
qñqꝫ ſufficit habitꝰ z potentia lꝫ non ſit
actꝰ.l.fideicõmiſſi.§.ſi ſuo.ff.ð leg.iij.
habet i.l.ſi duobꝰ.ff.de leg.j.Et qꝛ dicit
de natura feu.Si vultis ſcire q̇d ſit ſub
ſtãtia z q̇d natura z quid accidẽs vide
opti.gl.in.l.pacta cõuẽta.ff.de ꝯtrahẽ.
emp.Et dicit Bal.in.c.ceterũ.extra de
iudi.ꝙ natura eſt naturalis rõ forme z
ſue origini coherẽs ꝙ aũt amplius eſt
nõ eſt naturale ſed accidentale.Et acci
dens põt adeſſe z abeſſe preter ſubiecti
corruptionẽ vt habet in.d.l.pacta cõuẽ
ta.Subijcit ibidẽ ꝙ pacta q̃ nõ cadunt
in ꝓpriã naturã recti feudi vt ſi appo-
nat pactũ qd vaſallꝰ aſſociet dñam vel
de filia dñi maritanda talia pacta fa-
ciũt feudũ cenſeri cõditionatũ ideſt da
15 tũ ad certũ ſeruitiũ.†Et de iſto feudo
cõditionato habetis tex.cũ ſua gl.me-
liorẽ de corpore iuris.in.c.fi.in ti.de ca
pi.qui curi.vẽ.Et magna eſt virtꝰ huiꝰ
feudi cõditionati qꝛ vaſallus nõ põt il
lud refutare inuito dño nec dñs renũ-
tiare põt fidelitati z feudũ reuocare qꝛ
obligatio certa fortior eſt ꝙ̃ incerta;qꝛ
obligatio certa nõ recipit iterp̃tationẽ
legalẽ.l.qui rome.§.flauius hermes.ff.
de verbo.obl.z ita vult Bal.in.d.c.cete
rũ.z ꝑ predicta limitat.c.j.in tit.de va-

ſal.qui contra conſti.lo.feu.alie.vbi ha
betur ꝙ vaſallus inuito domino poteſt
16 refutare feudum.¶ † Quinta diuiſio
feudoꝝ eſt qꝛ quoddã eſt maſculinum
quoddã femininũ.maſculinũ ðꝛ quod-
trãſit ad maſculos nõ ãt ad feminas.c.
j.§.hoc aũt notãdum.in tit.qui.feu.da.
poſſ.imo z ſi de feminis ſit facta mẽtio
tñ femine nõ ſuccederẽt niſi demũ defi
ciẽtibꝰ maſculis.c.j.§.q̇n etiã.in ti.epi
vel Abb.z late declaraui.s̃.in ver.femi
nis.femineũ ṽo dicit qd trãſit ad femi
nas hinc dicimꝰ ꝙ maternũ feudũ dici
mus ꝙ fuit acq̇ſitũ a femina ſupiore q̃
eſt cõis agnationis vel cognatiõis.de
hoc habet in.c.j.in tit.de bñfi.femi.z in
c.j.i tit.quẽad.feu.ad fili.ꝑti.z.c.j.in tit.
17 an ma.ſuc.vxo.¶ † Sexta diuiſio feu-
doꝝ eſt qꝛ quoddã eſt reale q̇ddã ꝑſõ-
naliſſimũ.Feudũ reale eſt qd tã ex ꝑte
dãtis ꝙ̃ recipiẽtis trãſit ad hẽdes.c.j.§.
cũ ṽo coradꝰ.i ti.q̇ feu.da.poſ.Perſona
le ðꝛ qd nõ trãſit ad heredes vel feudũ
guardie z caſtaldie.c.j.i ti.de feu.guar.
Perſonaliſſimũ ðꝛ qd neqꝫ ex ꝑte cõce
dẽtis neqꝫ recipiẽtis trãſit ad hẽdes.
Accipite exẽplũ in ſoldata in.c.j.§.ſol-
data.in tit.qui dicatur marchio vł co.
18 ¶ †Sed circa ꝑdicta dubitat q̇d ſi ali
cui ſit cõceſſa domꝰ in feudũ ad vtẽdũ
et fruendũ an talis cõceſſio trãſibit ad
hẽdes recipiẽtes Bal.in ꝑludijs feu.in
vj.diuiſiõe determinat ꝙ nõ allegat.l.
ſi habitatio.§.j.ff.de vſu.z habita.vos
determinabitis totũ cõtrariũ qꝛ i diffi
nitiõe feudi bñ ponunt illa ṽba ad vtẽ
dũ fruẽdũ.c.j.i ti.in q̇.cau.feu.amit.Et
ṽba debẽt intelligi ſm naturã diſpõnis
in q̃ apponũt l.inſulã.ff.de ꝑſcrip.ṽb.
et.l.ſi vno.in prin.ff.loca.Sꝫ de natura
feu.eſt ꝙ trãſeat ad heredes.d.§.cum
vero ergo zc.Ad.l.ſi habitatio.§.j.rñde
bitis.ꝙ ibi de natura diſpõnis nõ erat
19 ꝙ trãſiret ad heredes.¶ †Septima di
uiſio feudoꝝ eſt qꝛ quoddã eſt feudum
ligium quoddam non ligum.Feudum
ligium nõ datur neqꝫ recipit niſi ab eo
qui nõ recognoſcit ſuperiorez.z dicit li
gium ea ꝙ ligat vel quia legalitatẽ cõ-
tinet z in iſta fidelitate ligia nõ dꝫ va-
ſallus excipere aliquem;imo dꝫ iurare

fidelitatē dño cōtra oēm hoiem nullius
alterius fidelitate excepta ⁊ in ti.de ca
pi.extraor.ſunt duo capitula quorum
vnū dicit hoc mō ꝓ feudo ligio dꝫ vaſal
lus ꝑſtare fidelitatē cōtra oēꝫ hoieꝫ.in
alio capitulo dicit placet ligiū hoiem
duoꝝ eſſe nō poſſe ⁊ hoc vult gl.no.i ꝟ
bo homoq̄ꝫ ligiꝰ in cle.paſtoralis.extra
de re iud.Et ꝙ q̇s nō poſſit eſſe homo
ligius duorū ſꝫ Bal.in autē.hoc ampliꝰ
20 cir.iij.col.C.de fideiuſ.† Addo vobis
ꝙ huiꝰ homagij ſeu feudi ligij tāta eſt
virtꝰ ꝙ oīa bona hoīs ligij dñr eſſe ſub
iuriſditione dñi nedū feudalia ſed etiā
alia qꝛ homo ligius principaliter obli-
gat ꝑſonā ſuā ⁊ in ſequentiā bona.ar.l.
ſi paterfamil.ff.de adop.Ita ꝙ dñs hꝫ
iuriſditioneꝫ in oibus bonis hoīs ligij
ſiue ſint feudalia ſiue nō dūmodo non
teneatr in feudū ab alio.Ita eleganter
vult Spe.in ti.de feud.§.qm̄ ſup homa
21 gijs.ꝟ.xvij.¶ †Feudū non ligiū eſt qñ
vaſallꝰ in ſacro fidelitatis excipit prio
rē dñm.c.iperialē.§.fi.in ti.de ꝓhi.feu.
22 alie.ꝑ Fede.†Addite aliū magnū effe
ctū huiꝰ feudi ligij qꝛ in eo nō habet lo
cum pniaꝫ hinc nec inde qꝛ turpe eſſet
principi frangere fidē.Et qꝛ bñficium
principis dꝫ eſſe ꝑpetuū.§.illud.i autē.
ꝯſtitutio q̄ de dig.Ita ſingulariter de-
terminat Bal.in.d.c.ceterū.in antepe.
col.extra de iud.Et hoc eſt bene notan
dū ꝓ limitatione.d.c.j.in ti.de vaſal.q̊
23 cōtra ꝯſti.lota feu.alie.†Et ſi vultis ſci
re formā cōcipiendi inſtrumētū homa-
gij vide Spec.in.d.§.qm̄.in ꝑnci.Unū
notetis ꝙ lꝫ q̇s preſtet mihi homagiū
nō tñ eſt ſeruus meꝰ ſed remanet liber
homo intantū ꝙ bene pōt teſtari de bo
nis ſuis.Ita dicit Bal.in.l.j.C de here
dita.de cur.allegat gl.ordi.inſti.de iure
24 perſo.¶ † Octaua diuiſio feudi eſt qꝛ
quoddā eſt nobile.quoddā ignobile ſeu
burgenſe.Feudū nobile eſt illud quod
nobilitat poſſeſſorē.Et dicit Bal.in pre
ludijs feudoꝝ ꝙ antiquum feudū ſapit
nobilitatē nouū aūt nō qꝛ nobilitas nō
naſcitr i ictu oculi allegat.l.ſtigmata.ff.
de gradi.vos meliꝰ dicite ex mēte Jac.
de bel.in ꝓe.feudo.quē refert ⁊ ſequitr
Jo.an.in addi.ad Spec.in rub.de pre-
ſcrip.ꝙ feudorum quoddam eſt nob
quoddā minus nobile:quoddā medio
criter nobile:⁊ quoddā nō nobile.Nob
le feudū eſt quādo papa concedit feu
dū ducatum marchionatum vel com
tatum.Iſta enim feuda ſapiunt nobili
tatem vt habetur in titu.quis dicatur
dux marchi.vel com.hic.Minus nob
le eſt quando dux marchio vel com
25 infeudat alteri. † Mediocriter nob
eſt quando habentes feudum a du
marchione vel comite infeudāt alter
26 †Nō nobile ſeu burgēſe dicitur qua
do conceditur a minimis valuaſoribu
c.j.§.ceteri.in tit.quis dicat dux ⁊c.Di
cit enim Bal.in.c.j.in verbo marchio
ad fi.in ti.qui feu.poſ.ꝙ etiā ruſtici po
ſunt infeudare dūmō habeant rerum
ſuarum adminiſtrationē allegat.c.j.§
noui vero.in ti.per quos fiat inueſtitu
27 ra.†habemus etiam feudū liberum
frācum a ſuperioribus diebꝰ in quo
dam inſtrumēto inueſtit.legi.Iſta ꝟb
cōceſſit talis princeps tale caſtrū in fe
dū liberū gētile ⁊ francū vñ dubitatr
ſignificatione iſtorum verborū Jo.an
in addi.ad Spec.in rubri.de ꝑſcri.ci
fi.dicit ꝙ iſta verba indifinita ⁊ indi
nite prolata importāt ꝙ tale feudū
libertate ſit liberū ⁊ ab omni ſeruiti
abſolutū.l.in tradēdū ff.cōmunia ꝑdio
Subiungit alios dicētes ꝙ hic capien
da eſt vulgaris ⁊ cōmunis interpreta
tio vt apud vulgū verba ſonant.c.ex li
teris lo primo.extra de ſponſa.Addit
eleganter ꝙ vaſallus talis nihilomin
non erit exemptus a capitulis que cō
tinētur in forma fidelitatis.c.j.in titu
de for.fideli.⁊ i.c.j.i ti.de no.for.fideli
⁊.c.de forma.xxij.q.vj.alioquin niſi ſi
dicamus ſequeretur ꝙ eſſet quedā do
natio nō autē cōceſſio in feudum.Ea
dem opi.tenuit Jac.alua.in proe.feu
in.ij.diuiſiōe.Addo vobis Joā.de imo
idem dicētem in effectu in.c.ad nſam
in pe.col.extra de reb.eccle.nō alie.Et
de iſto feudo franco vide ꝑ Bal.in.l.ſi
plures.C.de cōdi.inſer.Et per eundem
in.c.j.i ti.de cap.qui curiā vēdi.Et no.
bene predicta qꝛ plerūq̄ꝫ apponunt in
28 inueſtiturīs.¶†Nona diuiſio eſt quia
quoddam



quoddam eſt feudum annale:quoddam
perpetuū.Regulariter enī omnia feu.
ſunt perpetua.c.j.§.cū vero corradus.
in titu.qui feu.da.poſ.Annale vero dr
feudū guardie et caſtaldie qꝛ lapſo an-
no qñcūq̄ꝫ pōt auferri tex.habetis in.c.
j.in fi.in ti.de cōte.inter do.⁊ vaſ.de in-
ueſt.feu.hr in.c.j.in ti.de feu.guar.di-
cit tñ Bal.in proe.feu.in pe.diuiſione
ꝙ iſte annus ꝑ pactū pōt augeri nam
ꝓuiſio cōuētionalis ſup tempore potē-
tior eſt q̄ legalis qꝛ ceſſante legale ha-
bet locum cōuētionale.l.ꝙ ſi nolit.§.ꝙ
ſi ita.ff.de edi.edic.per quē tex.probatr
ſm Bal.loco quo.ſ.ꝙ per pactum pōt
fieri vt feuduꝫ guardie nullo tp̄e poſſit
29 auferri ꝙ notetis.¶†Decima diuiſio
eſt qꝛ feudorū quoddā ē iurabile quod-
dā nō iurabile.Feudū iurabile eſt pro
quo iuratr fidelitas dño nō iurabile eſt
qñ cōceditr eo pacto vt fidelitas non iu
retur.c.j.§.nulla.in tit.per quos fiat in
30 ueſt.in lib.feudo.¶†Undecima diuiſio
eſt qꝛ feudorū quoddam eſt diuiſibile:
quoddam indiuiſibile.Nam regulari-
ter oīa feuda ſunt diuiſibilia.Sūt tñ q̄-
dā indiuiſibilia vt ducatus marchiona
tus ⁊ comitatus.c.imꝑialē.§.ꝑterea.in
ti.de ꝓhi.ali.feu.ꝑ Fed.de quo ꝑ Bar-
to.in.l.inter tutores.ff.de admi.tut.per
Bal.in.l.j.ff.de offi.cōſul.per cano.ma
xime Panor.⁊ Imo.in.c.prudētiam.in
ꝑn.extra.de of.dele.Et dixi vobis.ſ.in
31 ꝟbo comes.⁊ in ꝟbo marchio.¶†Duo
decima diuiſio feudoꝝ eſt qꝛ quoddam
eſt trāſitoriū ad oēs heredes.Et illud
eſt regulare in feudo qꝛ trāſit ad oēs de
ſcēdentes equalr.c.j.§.cū vero.in tit.
qui feu.da.poſ.Aliud vero eſt nō tranſi
torium ad oēs heredes.imo ſolū ad pri
mogenitū vt in frācia in anglia ⁊ in ſi-
cilia ſm Jac.de bel.in ꝓem.feu.de quo
32 hr i.c.lꝫ.extra de vo.⁊ vo.redē.¶†De
cimatertia diuiſio eſt qꝛ feudoꝝ quod-
dā eſt ſeculare quoddā ecclīaſticū.Se-
culare eſt illud qđ recipitr a principe ſe
culare.c.j.in ꝟbo marchio.in tit.q̄ feu.
da.poſ.Aliud ꝟo eſt eccleſiaſticum qđ
recipitr vel cōceditr ab eccleſia.c.j.in ti.
de cleri.qui inueſtiturā accep.⁊.c.j.§.fi.
33 in tit.de cap.cora.¶†Sꝫ hic q̄ro vtrū
ſi rex baro vel comes donet eccleſie co
mitatū vel baroniā.An eccleſia tenebi
tur ſubire tributa ad q̄ per prius tene-
batr Inn.in.c.verū.extra de fo.compe.
determinat ꝙ nō niſi in donatiōe hoc
fuerit expreſſuꝫ.Addo vobis Ang.idē
34 volētē i.l.fi.C.de reuo.dona.†Et dicit
not.Ang.in.l.caueri.ff.cōia ꝑdiorum ꝙ
qñ ꝑnceps donat eccleſie caſtrū vl' ter
ritoriū bene pōt ſibi reſeruare ꝑ pactū
caſu quo eccleſia aliquid faciat contra
ipſum donātem dominiū rei donate re
uertatr ad donatorē laicū vel ꝙ ipſi lai
co donāti liceat ꝓpria autoritate ingre
di ipſam rē donatā eccleſie allegat In
35 noc.in.d.c.verū.†Addo vobis ꝙ qñ im
perator rex dux vel marchio fundat ec
cleſias ⁊ dotat de bonis imꝑij vl' duca
tus ſucceſſor i regno vel ducatu vl' mar
chionatu nō poterit ꝛuocare illā dona
tionē niſi regnū vl' ducatꝰ ex hoc enor
miter lederētur.Ita no.dicit Spec.in
ti.de inſt.editiōe.§.nūc aūt videndū.in
fine allegat no.in.c.intellecto.extra de
iureiur.cū multis alijs iuribꝰ vide ibi.
36 ¶ Quero etiā vtrū qñ eccleſia recipit
aliquā rē in feu.a principe ſeculari te-
neatur iurare fidelitatē Bald.in ꝓem.
feudū in vltima diuiſiōe dicit reperiri
quoddā.c.extraor.cuiꝰ verba formalia
ſunt hec.De negotio de quo nos ꝯſule
re voluiſti ſm vſum curie feudi.Rñde
mus ꝙ ꝓ feudo qđ ab aliquo ꝑ eccleſiā
retinetur ſeu recipitr nulla fidelitas dꝫ
iurari.Sed Bal.in loco proxi.allegato
dicit hoc ꝓcedere qꝛ noīe eccleſie nō ꝑ
ſtetur iuramētū fidelitatis ſꝫ noīe ꝑla-
ti vt habetr i.c.veritatis.extra de iure-
iu.Addo vobis ꝙ.d.Pañ.i.c.veniēs.ex
de accuſa.in.j.co.dicit quoſdā dicere ꝙ
princeps ſecularis hꝫ fundataꝫ iuriſdi-
tionē ſup oibus bonis temporalibꝰ ec
cleſie in tm̄ ꝙ prelatꝰ ꝓ talibus bonis
tp̄alibꝰ tenetr ꝑſtare homagiū principi
ſeculari ſed ipſe.d.Pan.intelligit hoc
ꝓcedere qñ talia bona tp̄alia fuerunt ꝑ
principē ſecularē conceſſa ecclīe in feu
dum iuxta ea q̄ habentr in.d.c.verū.ex-
tra de fo.cōpe.ſed ſi non fuiſſet ꝯceſſa
in feudū ſed liberaliter donata ecclīe
nō tenetur prelatus preſtare homagiū

allegat Inno.in.c.ſolite.extra de maio.
ꝛ obe.qñ ꝙ ꝟbo eccleſia ꝯcedit alteri in
feudū.Et circa hoc aduertite qꝛ ꝑlati
ꝓhibent infeudare de nouo.Res autē
ſolitas infeudare bñ poſſunt.c.ij.extra
37 de feu.¶ †Sed hic cadit pulchra dubi
tatio ꝗntum tpꝭ requirat ad hoc vt in-
ducat cōſuetudo infeudādi bona eccl'ie
Bal.in.c.j.in tit.ꝗ feu.da.po.in.iij.col.
diſtinguit hoc mō aut infeudatio eſt dā
noſa eccleſie:ꝛ hoc caſu reqrit tm̄ tpꝭ
cuius initū memoria nō extet.In ꝯriū
aut ifeudatio eſt vtilis eccl'ie:ꝛ tūc ſuf
ficiūt.xxx.anni.aut eſt dubiū:ꝛ tūc re-
quirit tempus.xl.annoꝝ.Et hoc modo
dicit poſſe cōcordari opi.doc.circa hoc
variantium ꝛ nihil allegat ſed in ꝟita-
te primū mēbrum diſtinctionis Bal.nō
videtur verꝫ qꝛ qñ infeudatio eſſet dā-
noſa eccl'ie non induceretur conſuetu-
do etiā ꝑ tpꝭ cuiꝰ initū memoria nō ex
tat ꝯriū.tex.eſt in.c.j.ex̄ de cōſue.lib.
vj.Non obſtat ſi dicat ꝙ tale tēpus ha
bet vim priuilegij.c.ſup quibuſdam.§.
ꝑterea.extra de ꝟbo.ſig.ꝛ.l.hoc iure.§.
ductus aque.ff.de aqua quoti.et eſti.
quia reſpondetur ꝙ iura ꝓxime allega
ta debēt limitari niſi cōſuetudo ſit mi-
nus dānoſa eccl'ie.d.c.j.extra de ꝯſue.
lib.vj.Item ſm membrum diſtinctiōis
Bal.nō videtur eſſe verum qꝛ nos ha-
bemus ꝙ ꝯtra eccl'iam nō ꝑſcribit mi-
nori tēpore.xl.annoꝝ.aut.quas actio-
nes.C.de ſa.ſ.ecc.ꝛ.c.de quarta.extra
de preſcrip.vñ dñ Bal.dicit de tēpore
xxx.anno.nō videt bñ dicere.Preterea
quādo ꝯſtaret ꝙ infeudatio eſſet vtilis
eccl'ie vel neceſſaria ꝑlatus cuꝫ ꝯſenſu
capituli adhibitis etiam aliis ſolenni-
tatibus requiſitis bñ poſſet infeudare
etiam ſi eſſet res nō cōſueta infeudari.
c.ad noſtram.extra de reb.eccl.nō alie.
vñ mihi magis placet opi.Jaco.de bel.
ꝛ And.de yſer.in.d.c.j.ꝗ feu.da.poſ.dū
dicūt ꝙ ad inducēdum iſtam cōſuetudi
nem infeudādi bona eccl'ie requiritur
tpꝭ.xl.annoꝝ.Ego hāc opi.comprobo:
qꝛ ſicut ad preſcribēdum ꝯ eccleſiam re
quiritur illud tpꝭ.vt.ſ.ita ꝛ ad inducē
dū cōſuetudinē cōtra eccleſiā requirūt
etiā.xl.anni.Jta dicit do.Panor.in.c.
ſi.in.ix.col.extra de ꝯſue.allegat Inno.
in.c.cū dilectꝰ illo.eo.ti.Itē ꝑ iſta opi.
facit quia quādo inducitur conſuetudo
cōtra ius requirit tpꝭ.xl.annoꝝ vt no
tat in.c.ſi.extra de cōſue.lib.vj.Sꝫ iſta
cōſuetudo eſt ꝯ ius patet qꝛ res eccle-
ſie alr̄ prohiberet alienari ꝛ infeudari.
c.nulli.ꝛ.c.ſi ꝗs preſbyteroꝝ.extra de
reb.eccl.nō alie.ꝛ.l.iubemus.C.de ſac.
ſan.eccl.Aduertite tñ qꝛ ad iſtā conſue
tudinē inducēdam reqrūtur alia.Nam
reqrit ꝙ ꝯſuetudo ſit rōnabilis ꝛ nō dā
noſa eccleſie.d.c.j.extra de cōſue.li.vj.
Scdo requirit tacitꝰ ꝯſenſus capituli
quēadmodum dicimus ꝙ ad inducēdā
cōſuetudinē in populo requirit tacitꝰ
cōſenſus populi.l.de quibus.ff.de leg.
Tertio reqrit ꝙ ſaltē bis i.xl.annis il
la res fuerit infeudata.ar.l.iij.i ſi.C.de
epi.au.Jta dicit Jac.de bel.in ꝑal.c.j.
ti.qui feu.da.po.Ego addo Jo.de imo.
idē volētē in.c.ij.in vlt.charta.extra de
feu.Poteſtis addere aliud requiſitū qꝛ
ad inducēdū iſtā infeudādi bona eccle
ſie requirit bonafides ꝑ ea ꝗ hñr i.c.ſi.
extra de ꝑſcr.ꝛ in.c.ſi.extra de cōſue.li.
vj.Aliqñ tñ prelatꝰ pōt infeudare ꝗtū
cūꝙ ſit res circa quā non erat inductꝰ
cōſuetudo infeudādi.Accipe exēplū qꝛ
feudatariꝰ eccl'ie alienauit rē feudalē i
potētiorē ꝛ eccleſia nō pōt recuperare.
Nā tūc poterit infeudari potentiori ad
finē ꝙ recuperit.ita dicit elegāter.Bal.
in.d.c.in ꝟ.abbatiſſa.in ti.ꝗ feu.da.poſ.
allegat tex.no.in.c.ij.extra de feu.Non
obſtat ſi dicatis ꝙ ꝑlatus erit piurꝰ qꝛ
iurare nō ifeudare romano pōtifice in-
cōſulto:qꝛ rñdet Bal.loco ꝗ.ſ.ꝙ ꝗuis
ſit piurus nō tñ eſt depoſitꝰ.l.iubemus
§.iconomus.C.de ſac.ſan.ec.Unū etiā
notetis ad ꝗtūcūꝙ ſi res ꝯſueta infeu
dari ſi tñ feudū reuertat ad eccleſiā et
ipſa eccl'ia repiat de paupertate potiꝰ de
bebit retinere illā rē ꝗ ifeudare alteri.
Jta dicit Jac.de bel.i ꝑal.c.j.ꝗ feu.da.
poſ.allegat tex.in aut.vt determina.ſit
38 nume.cleri.¶ †Quid aūt ſi eccleſia cō
ſueuit infeudari in maſculos tm̄ ꝛ cōce
dit in feudū alicui recipienti ꝑ ſe ꝛ ſuc-
ceſſoribus ſuis tā maſculis ꝗ feminis
vtrū infeudatio reſpectu feminaꝝ vale



bit.Ja.de bel.in preallegato.c.j.arguit
ad ptes vtraſꝙ.Et tandem concludit
ꝙ nō niſi preceſſiſſent benemerita reci
pieñ.allieg.c.j.in tit.quēad.feu.ad filiū
pertine.nō ꝑcedētibus aūt ipſius bñ-
meritis nō valeret illa infeudatio quā
tum ad feminas:qꝛ cōſuetudo nō dꝫ ex
tendi de perſona ad ꝑſonā:arg.l.ſi vnꝰ
§.ante oia.ff.de pac.not.in.c.feu.ex̄ de
offic.archi.Sꝫ an ſaltē valebit ꝗtū ad
maſculos Bal.in ꝑallegato.c.j.in ꝟbo
abbatiſſa.in tit.qui fe.da.poſ.determi-
nat ꝙ ſic allegat.l.ſi titio ꝛ ei.ff.de leg.
ij.Addite vos Jo.de imo.idē determi
nātē in.d.c.ij.in vltima char.ex̄ de feu.
Et pro hoc facit qꝛ in diuiduis ꝛ ſepa-
rabilibus vtile per inutile non vitiat ꝛ
vult gl.in.l.pecunie.fenebris.ff.de vſu.
no.in.l.j.§.ſi ſtipulāti.ff.de ꝟbo.obli.ha
39 dek in.l.ſanctū.C.de do. ¶ †Quid aūt
ſi ſit inducta cōſuetudo in eccl'ia infeu
dādi vnā vel duas res an ꝑlatus pote
rit infeudare alias res:ꝯcludite ꝙ nō
qꝛ talis ꝯſuetudo nō dꝫ extēdi de re ad
rē.l.j.§.iulianꝰ.ff.de itine.actuꝙ ꝑua.
ꝛ hoc eſt ꝙ vult Bal.in ꝑalleg.c.j.in ꝟ.
abbatiſſa.vbi dicit ꝙ conſuetudo hꝫ tā
tum de potentia ꝗtum de actu.Si er-
go conſuetudo eſt inducta circa vnam
vel duas res nō dꝫ extēdi ad alias res
40 eiuſdē eccl'ie.¶ †An aūt ille qui tꝫ in
feudū ab eccleſia poterit eandē rē in-
feudare alteri.Ja.de bel.in ꝑalle.c.j.in
ti.ꝗ feu.da poſ.determinat ꝙ ſic tribꝰ
tñ cōcurrētibus.Primo ꝙ infendet ꝑ-
ſone equali.Secundo ꝙ infeuder ſub
eiſdē pactis ꝛ conditiōibus ſub quibꝰ
ipſe hꝫ.Tertio ꝙ infeudatio nō fiat in
fraudē de hoc habetis optimū text.cū
glo.ord.in.c.j.§.ꝑterea.in ti.de capi.co
ra.in lib.feu.Limitabitis tamen deter
minationem iſtam niſi eſſet feudū de-
cimale.nā ſi laicus canonice ꝛ legitime
fuerit inueſtitus ab eccleſia de aliqui-
bus decimis talis feudatarius non po
terit infeudare aliũ laicum de eiſdeꝫ
decimis.Jta volunt Inno.Hoſti.Joan.
Andr.Joan.de ligna.et.d.Panormi.in
c.prohibemus.extra de deci.Et dicit
ibidē ipſe Panor.ꝙ doc.cōmuniter ita
tenent quicquid ſentiat gloſſ.ibidē di-
cit etiā Jac.de bel.i ꝑalle.c.j.i ti.ꝗ feu.
da.poſ.ꝙ ſi eccleſia recepit feudum ab
aliquo poterit eā rē infeudare alteri
ſeruatis his ꝗ habētur ꝑ gl.in ꝑalleg.
cap.j.§.preterea.in titu.de capi.cora.
41 ¶ †Quero vtrū ille ꝗ tꝫ feudū ab ec-
cl'ia poſſit illud vendere cū cōſenſu ꝑ-
lati illius eccleſie cōcludite ꝙ ſi vellet
vēdere agnato ꝓximiori ſucceſſuro in
illo feudo pōt hoc facere ēt ſine ꝯſenſu
ꝑlati.c.j.§.ꝛ ſi clietulꝰ ꝟo fratri.in tit.
de feu alie.ſi aūt velit vendere alteri.
Jac.de belui.in ꝑalle.c.j.in ti.ꝗ feu.da.
poſ.dat duo remedia.Primū remediū
eſt ꝙ ipe vaſallꝰ eccl'ie vēdat cū ꝯſenſu
ꝑlati ꝛ tutiꝰ eſſet etiā hr̄e cōſenſum ca
pl'i ꝛ paciſci exꝑſſe añ ꝯctū in ipo ꝯctu
ꝛ poſt ꝯctū ꝙ emptor debeat recogno
ſcere eccl'iam in dñaꝫ ꝛ recognoſcere il
lud feudum ab ea ꝛ ſibi ſeruire de illo
feudo.Scdm remediū qđ magis fre-
quēter ꝙ ipſe vaſallꝰ eccl'ie refutet illđ
feudū in manibꝰ ꝑlati ꝛ ipſe ꝑlatꝰ de
poſtea emere voleñ.Et ſi ille volens
emere timeat piculū euictiōis ſtipulet
de euictiōe ab ipſo vaſallo ꝛ faciat ſibi
caueri de indēnitate.An aūt talis refu
tatio hēat ꝑiudicare agnatis tāgit i.c.
j.in ti.de vaſal.ꝗ decre.eta.ꝛ in.c.titiꝰ.
in ti.ſi de feu.defun.fue.contro.

1 Caſtrū villa ꝛ municipiū inquo differant.
2 Edificare caſtrū vel fortaliciū an alicui liceat in ſolo proprio.
3 Pertinentia caſtri qualiter ſint conſideranda.
4 Princeps cōcedens vel donans alicui caſtrū an intelligat concedere vel donare iuriſditionem.
5 Princeps vēdēs caſtrū an ꝛ iuriſditionem vendere cenſeat.
6 Recognoſcēs ſe tenere caſtrum in feudū an intelligendus ſit recognoſcere iuriſditionem.
7 Cōceſſio alicuiꝰ caſtri an cōprehēdat molendina in aq̄s illius caſtri ſita.
8 Uēdito territorio an cenſeat vēdita ꝗlibet iuriſditio.
9 Uendēs caſtrū an intelligātur etiā vēditi vſalli ſi qui in illo ſint.

10 Jnuadēte aliquo caſtrū alienū an poſſit princeps confirmare ipſi inuaſori.

11 Tempore guerre an poſſit dñs ſupior ponere cuſtodes in caſtro quod tenet in feudum.

12 Uendens caſtrū reſeruata quadā domo an poterit poſtea illā domū in fortilicijū edificare.

13 Uerba gñalia ſunt ciuiliter ⁊ prout rō dictat intelligenda.

14 Duobus vnū caſtrū poſſidentibus ſi vnꝰ expellat aliū an ille expulſus poſſit cedere oīa iura ſua alteri.

15 Expenſe facte in rerū cuſtodia quo caſu ſint repetende vel nō.

16 Caſtrum an in dubio preſumatur feudale.

17 Fideiuſſor qui fideiuſſit ꝓ caſtellano alicuiꝰ caſtri an teneat pro robaria facta per ipſum caſtellanum in territorio illius caſtri.

18 Predones caſtrorū cadentes a poſſeſſione nūꝙ poſſunt vendicare.

19 Papa concedens alicui caſtrū in feudum an cenſeatur etiam concedere ſpiritualia.

20 Princeps an iniuncto vaſallo ⁊ ꝑlato poſſit ponere armigeros vel cuſtodes in cāpanili eccl'ie.

21 Caſtellanus inuitatus ab inimicis an poſſit tractare cū ipſis dño ignorāte.

22 Caſtellanus qui promiſit caſtrū non ponere in manꝰ inimicorū tenetur de hoc curam adhibere.

23 Uendēs caſtrū an teneat vſqz ad illiꝰ traditionem cuſtodire.

24 Caſtro cōmiſſo ſub ꝓtectione an etiā cenſeatur cōmiſſa iuriſditio.

# De caſtro Rubei mōtis.

Jbi de caſtro.
1 †Que differentia ſit inter caſtrū villā ⁊ municipiū? videte ꝑ Bar.i.l.j.§.j.ff.de li.agn.ꝑ Bal.in.l.ex hoc iure.ff. de iuſti.⁊ iur.no.in.l.ſi heres.§.vicꝰ.ff.
2 de leg.j.¶†An liceat i ſolo ꝓprio edificare caſtrū ſeu fortaliciū.Et an caſtrū dirutū liceat reedificare habet no.ꝑ Jnnoc.in.c.piſanis.extra de reſti.ſpo.

5 ¶†Et habetis in iſta materia notare
ꝙ caſtro ꝓ ꝑtinentijs nihil corporale
attributū eſt niſi ꝙ a principe vel ſtatu
to ſit aſſignatū.Jta dicit Jnn.i.c.cū ad
Fed.extra de reſt.ſpo.Et dicit Bal.i.c.
j.i.ij.col.i ti.de ꝯſue.rec.feu.i lib.feu.ꝙ
caſtro nulla ineſt iuriſdictio actiue q
nullū eſt ſibi aſſignatū territoriū qd di
cit a terrēdo.l.pupillꝰ.§.territoriū.ff.
de ver.ſign.Juriſditio aūt paſſiua bñ
ineſt caſtro.l.nulli.§.qd ſi in vico.C.de
epiſco.⁊ cler.⁊.§.ſi quis autē ex quali
betꝰtum ſua gl.in auſ.q̇.mo.na effi.ſui.
Et ꝙ nullū corporale ꝓ ꝑtinētijs ſit at
tributum caſtro a principe vel ſtatu ſit
aſſignatū:tz etiā Jo.an.in nouel.in.c.ſi
ciuitas.extra de ſen.excō.li.vj.Optime
faciunt no.ꝑ Bar.in extrauag.qm̄ nu
per in verbo lōbardie.Et ꝑ eūdē Bar.
in ſuo cōſi.inci.Queritur vtrū iuriſdi
4 ctio.¶†Sed an ſi princeps concedat
vel donat mihi caſtrū intelligatur con
ceſſiſſe ſeu donaſſe iuriſdictionē Bar.
in.l.ſi qn̄ ad fi.col.C.de bo.vacan.lib.x
determinat ꝙ ſic.Eandē opi.tz Bal.in
l.qui multa.C.de boniſqz lib.vbi dicit
ꝙ ſi imperator vel eccleſia romana con
cedat alicui caſtrū:videt illud ꝯceſſiſſe
cū pleniſſima iuriſdictione qꝛ bñficiū
principis dz latiſſime interꝑtari.l.bñ
ficiū.ff.de conſti.prin.⁊.c.cuz dilecti.in
fi.extra de dona.Eandē opinio.tz Ang.
in.l.j.§.q̇ mādatā.ad fi.co.ff.de offi.ei
cui māda.eſt iuriſditio.Jdē voluit do.
Pe.de anch.in.c.preterea.extra de leg.
de qua materia vide ꝑ Bar.in locis al
legatis per eūdem in.l.ij.ff.de per.ſig.
Et per Guil.de cu.⁊ Bal.in.l.j.§.cum
vrbem.ff.de offi.prefec.vrb.⁊ per eūdē
Bal.in .l.fi.ff.de cōti.princi.Et per eun
dē.in c .j.in ti.de capi.qui curiā vēd.⁊ ꝑ
eundē Bal.in.l.pe.C.de cōditio.inſer.
ꝑ Specu.⁊ Joan.an.in titu.de iuriſdi.
om.iu.in.§.j.ꝑ do.Floria.de ſancto Pe
5 tro.l.l.j.§.j.ff.ſi vſufr.pe.¶†Quid au
tē ſi princeps vēdat mihi caſtruz an vi
deatur vēdidiſſe iuriſditionem in illo
vide no.ꝑ Bar.in.l.inter eos.ff.de acq.
rerū do.in pena noua qꝛ aliqui libri nō
6 habent lectā illam rubricā.¶†Sz qd
ſi quis recognoſcat ſe tenere in feudū



tale caſtrum a tali duce vel marchione
an videatur recognouiſſe iuriſditionē
⁊ territoriū? Oldr. multum ſolenniter
diſputauit iſtam queſtionem ⁊ eius ar
gumen.⁊ motiua pro vtraqz parte re-
fert Bal.in preallegato.c.j.in ti.de ca-
pi.q̇ curiā vendi.Et tandē videt deter
minare ꝙ non niſi obſeruantia vel cō
munis modus loquendi vel alius actꝰ
exterior aliam interpretationem indu
cat.Eandē opi.tenuit Jaco.alua.ibi in
d.c.j.Ego addo Alber.de roſa.idē vo-
not.dici ꝙ ſi rex cōcedat mihi caſtrum
cum omni iure quod ibi habetur nunꝙ
tamē videt cōceſſiſſe ius regiuz qd ibi
habet non ſicut dominus ſed tanꝙ rex
qꝛ tale ius regium in ſpecie veriſimili
ter nō fuiſſet ꝯceſſurꝰ:ergo nō dz veni
re in cōceſſione gñali ar.l.obligatione
7 gñali.ff.de pig.¶†Quero etiā iꝑator
cōceſſit mihi caſtrū an videat mihi cō
ceſſiſſe molendina que ſunt in aquis di
cti caſtri.Bal.⁊ Jaco.alua.in ꝑallega.
c.j.in tit.de capi.qui.curri.vend.cōclu
dunt ꝙ ſi princeps cōceſſiſſet mihi iu-
riſdictionē per hoc nō intelligeretur
cōceſſiſſe molendina quia licet iuriſdi-
ctio ſit ſub imperatore tamen molendi
na non ſunt imperatoris alie.l.ſz hoc
celſus.in.§.j.ff.de cōtrahē.emp.⁊ ea q̄
de verbo.ſigni.Si autez cōcedat mihi
caſtrum cum pertinentijs ⁊ omnibus
iuribus ſpectātibus ad illud caſtrum
tunc bene venient molendina dummo
do ſint ipſius cōcedētis ſecus ſi eſſent
priuatarum perſonarū qꝛ illa nō intel
ligerētur cōceſſa allegāt.l.publius.§.j.
ff.de ꝯdi.⁊ demō.Addit Bal.ibidē ꝙ in
generali conceſſione facta titulo lucra
tiuo non venit niſi ius quod hz ipſe cō
8 ceſſor.l.traditio.ff.de acq.re.do.¶†Sz
ponamus ꝙ baro hz certa predia.in q̇-
bus hz quaſdam domos in quibus fa-
cit colligi pedagium ⁊ exigi a trāſeūti-
bus hz etiam ibi furcas erectas q̄ ſunt
ſignum meri imperij ipſe vēdidit mihi
illa predia cum omni iure quod ibi ha
bet.An videat mihi vendidiſſe meruz
imperiū qd ſignificabat per illam ere-
ctionem furcarꝝ ⁊ an videtur mihi ven
didiſſe ius colligēdi pedagiū ſeu paſſa
giū Bal.eleganter.in.l.a ꝓcuratore.C.
manda.determinat ꝙ non:qꝛ aliud eſt
proprietas feudorum ⁊ aliud ꝓprietas
iuriſditiōis vnde vno cōceſſo nō intel-
ligitur cōceſſum aliud ꝑ ea que no.ſcri
bit Jnn.in.c.ex literis.extra de iure pa
tro.nō obſtant illa verba generalia cū
omni iure qd ibi hz:qꝛ ſm Bal.debere
referri ad ea que ſunt de natura rerū
vēditarū vt vult Jnn.in.d.c.ex lrīs.fa-
cit.l.ſi ſtipulatꝰ.ff.de vſur.Addite Bal.
in.d.l.a ꝓcuratore.ꝙ ſi baro vult vti di
ctis domibus pro colligēdo paſſagiuz
9 debebit ſoluere pēſionē ēptori.¶†Du
bitatur etiam quid ſi vendo tibi caſtrū
⁊ ibi habeo homines vaſallos nūquid
ſub vēditione caſtri veniēt illi vaſalli?
Bal.in.c.in generali.in ti.ſi de feu.de-
func.fue.cōtrouer.determinat ꝙ nō qꝛ
caſtrum ſunt muri ⁊ habitationes.va-
ſalli aūt ſunt quid nobilius qꝛ homo eſt
digniſſima creaturarum.l.iuſtiſſime.ff.
de edi.edic.Jtem cōtra ſi vendidi tibi
homies meos vaſallos quos habeo in
tali caſtro nō tamē videor vēdidiſſe ca
ſtrum ꝙ vaſalli ſunt pars ⁊ nō totum:
vnde nō comprehendit illud quod dif-
fert corpore et ſignificatione ſm Bal.
10 in.d.c.in generali.¶†Unū etiaz note
tis ꝙ inuadenti caſtrum alienum de fa
cto princeps non poteſt cōfirmare ipſi
inuaſori caſtrum maxime ⁊ per ſurre-
ptionem glo.not.in.l.ſi quis.C.de feu.⁊
11 ſal.rei dñice.lib.xj.¶†Quero vtrū tē
pore guerre dñs ſupior poſſit ponere
cuſtodes in caſtro qd tenet in feudum
ab ipſo dño Ang.in auſ.nunc ſi heres.
C.de litigio.⁊ per illum textuz determi
nat ꝙ ſic. Subiūgit ibidē ꝙ ille q̄ ha-
bet decimā in aliquo territorio pōt ibi
apponere cuſtodes ꝓ ſuo intereſſe ne
decipiat i decima ꝑ poſſeſſores allegat
l.ſi ita.§.dño.ff.de vſu ⁊ habi.vbi Albe.
de roſa.idem determinat ⁊ ita me ꝯſu-
lēte fuit iudicatū in quadam cauſa ꝟ-
tēte inter dñm laynici ⁊ populares q̄
tenent ſoluere decimaz caſtro laynici.
12 ¶†Quero etiā q̇dā vēdidit mihi ca-
ſtrū reſeruata quadam domo ⁊ anteꝙ

traderet mihi caſtruꝫ fecit fieri vnum
magnū fortiliciū in illa domo. an hoc
facere potuerit de iure. Concludite ꝙ
nō q̄ꝛ vēditor nedū tenet mihi plene
tradere ſꝫ etiā tenet mihi tradere tute
⁊ libere. Et q̄ꝛ fecit illō fortiliciū ī illa
domo nō ſinit me tute ⁊ libere poſſide
re. c. piſanis. extra de reſti. ſpo. Et hoc
eſt de mente Bar. in. l. rō. §. j. ff. de emp.
Addo Bal. idem expreſſe volen. in. l.
fi. C. de pac. inter emp. ⁊ vēdi. ¶ Pone
princeps cōceſſit mihi caſtrū ſeu caſtel
laniam cum quarta parte obuentionū.
Modo cōtingit ꝙ quidam de illo loco
cōmiſerūt delicta cōtra ipm̄ principē
ꝓ q̄ debebāt ꝑdere bona an debeā ha
bere quartam partē illorū bonorū: vi
det dicendū ꝙ ſic q̄ꝛ ſociꝰ ſocio cōmu
nicat etiā ea q̄ ſibi debent ꝓpter deli
ctū. l. cū duobꝰ. §. pe. ff. ꝓ ſocio. Jtē no
men obuentionum eſt generaliſſimum
vt not. in. l. ſi vrbana. ff. de cōdi. indeb.
Jn contrarium facit q̄ꝛ illud qd̄ alicui
debet in vindictam ſue iniurie non dꝫ
alteri cōfert tex. cū glo. in. l. cum emācī
pati. §. emancipatus. ff. de colla. bo. Et
hoc fortificatur optima ratione vt ipe
princeps habeat vltionem ſue iniurie
tex. eſt no. in. c. j. §. pe. in ti. que ſit pma
cau. bñfi. amit. i. li. feu. ¶ Secꝰ ſi eſſent
pene q̄ deberent ex alijs delictis inter
alios ꝯmiſſis q̄ꝛ tunc deberem habere
quartā ꝑtē obuētionū. Et iſtā partē te
neatis quā tꝫ Bal. in. c. j. in pe. col. in ti.
de capi. qui curiam vēd. in vſib. feu. Ad
iura. ꝯ. ꝓxime cōtraria allegata reſpon
debitis ⁊ primo ad. l. cuꝫ duobus. §. pe.
ꝙ multa ſunt ſpecialia in ſocietate vni
uerſali. hinc videmus ꝙ dñium tranſit
ſine traditione per cōtractū ſocietatis
vniuerſalis. l. ij. ff. pro ſocio. l. j. §. j. cum
ſua gloſſ. C. de vſur. pro dote. Ad aliud
dum dicebam per verbū gñale dꝫ gña
13 liter intelligi. † Reſpōdete ꝙ verba gña
lia debēt intelligi ciuiliter ⁊ prout ra
tio dictat ⁊ non abuſiue. l. ſi ſine. ff. de
ſer. tit. generali. l. creditor ꝯ. lucius. ff.
māda. ⁊. l. obligatione gñali. ff. de pig.
⁊. c. in gñali. in ti. ſi de feu. defun. fue. cō
trouer. ¶ Quero etiā mulier dedit vi
ro in dotē vnū caſtrū cū iuriſdi. in ter

ritorio illius caſtri. quidā hoīes ꝯmi
ſerunt certa maleficia propter que eo
rum bona fuerūt confiſcata vel pene
mulcte fuerūt cōtra eos impoſite an ꝑ
tinebūt ad maritū an vero ad mulierē.
Cōcludite ꝙ ꝑtinebunt ad maritū q̄
ſunt fructꝰ iuriſ. ⁊ fructꝰ rerū dotaliū
ſpectāt ad maritū ꝓ oneribꝰ mr̄imonij.
l. ꝓ oneribꝰ. C. de iu. do. Jta no. determi
nat bar. in. l. fi. in pn̄. ff. ſo. ma. Et oēs ſ
14 quūt. ¶ † Jtē q̄ro ſunt duo fr̄es habē
tes vnū caſtrū cōe vnꝰ expulit aliū de
facto. Expulſus iuit ad quādā ciuitatē
ibi ꝓpinquā ⁊ mediāte certa pecunia
ceſſet illi ciuitati oīa iura ſua in illo ca
ſtro. An ceſſio ſit valida. Concludite ꝙ
nō ⁊ ſequit Pau. de ca. in. l. cū allegas.
C. ne fi. vel res pu. ꝓcur. par. priua. p̄ſt.
¶ Alteriꝰ q̄ro princeps tpe guerre in
digebat fortilicio ſui vaſalli vt habilꝰ
poſſet facere guerrā ꝯ hoſtes ipſe pn̄
ceps cepit illō caſtrū qd̄ facere potuit
etiā iuito vaſallo. l. ij. C. de naui nō ex
cuſan. lib. xj. Et ipe pnceps vt meliꝰ po
ſet bellare fortificauit illud caſtrū. ⁊ ib
fecit magnā impēſam: finita guerra va
ſallus repetit illud caſtrū: princeps di
cit ꝙ vult ſibi refici impēſam factā fo
tificatione illiꝰ caſtri / an debeat ſibi re
fici per vaſallū. Cōcludite ꝙ non: qu
principaliter fecit illam impenſam ad
ſui vtilitatem licet ſecūdario cedat in
vtilitatē vaſalli: ſed inſpicimus ꝙ prin
cipaliter agitur. l. ſi q̄s nec cauſam. ff. ſi
cer. pet. l. j. ff. de auto. tuto. bene facit
ea que habētur in. l. ij. §. idem labeo. ff.
ne quid in lo. pub. ⁊ in. l. fi. ff. de impē. in
re. do. fac. ⁊ in. l. ex duobus. ff. de ne. ge.
Jta in terminis decidit Bal. in. l. in
fi. col. ff. de offi. ꝓcō. ⁊ leg. Et ꝙ in caſu
p̄dicto princeps etiā inuito vaſallo po
ſit fortificare caſtruꝫ tenet Alb. de ro
15 in. l. fi. ff. de vſu. ⁊ habi. ¶ † Dubitat le
gatariꝰ cui eſt legatū caſtrū vel fortili
cium aduenictē cōditiōe legati here
petit expen. medio tempore factas pro
cuſtodia illius caſtri an poſſit talē ipen
ſam vel mulier ſo. ma. repetit caſtrū qd̄
viro dederat in dotē vir ſeu eius here
des petit impenſam factam pro cuſto
dia illius caſtri an poſſit? concludite ꝙ



non: quia quotieſcunq̄ʒ ex natura ipſiꝰ
contractus vel quaſi vel vi obligatio
nis. quis tenetur ad cuſtodiam non po
teſt repetere impenſam factam pro cu
ſtodia alꝰ ſic. ita volūt Ang. ⁊ Jmol. in
l. ſumptus. ff. de leg. j. Et dicūt hoc eſſe
notandum q̄ꝛ ſepe oritur contentio in
ter magnos dominos de impenſa cu
ſtodie quando agitur de reſtitutione ci
uitatum vel caſtrorum ⁊ tenebitis mē
16 ti dictam diuiſionem. ¶ † Jtē q̄ro an ca
ſtrū p̄ſumat eſſe feudale ego ſepe cōſu
lui ꝙ non niſi aliter probet: q̄ꝛ res non
p̄ſumit eſſe feudalis: imo libera et allo
dialis niſi ꝓbet aliter. Ad hoc adduco
no. ꝑ Jo. an. in addi. ad Spec. in titu. de
feu. §. qm̄ ſup homagijs. v̄ſi. xxx. in qua
dā additiōe q̄ incipit ceſſante. ⁊ ita vult
Bal. in. c. inter filiā in titu. ſi de feu. de
func. fue. cōtrouer. Et idē Bal. in. c. j. §.
ſi autem. circa. iiij. co. inti. de cōtrouer.
inueſti. ⁊ idem Bald. in. l. libertas. ff. de
ſtatu homi. ⁊ in aut. ſicut. C. de ſac. ſan.
eccl. Et probetur optima ratione quia
feudum eſt ſpecies ſeruitutis glo. nota
bi. in. l. ſi cuius. §. j. ff. de vſufruc. Et om
nis res preſumitur libera non autem
ſeruilis niſi cōſtet de contrario. l. altiꝰ.
C. de ſerui. ⁊ aqua. pro ſententia predi
cta adduco Bal. in. c. ſignificauit. extra
de reſcript. vbi dicitur quod etiā comi
tatus preſumitur allodialis niſi probe
tur feudalis q̄ꝛ ſm̄ eum omnis res pre
ſumitur libera ſi tamen tenens caſtruꝫ
pretenderet habere iuriſdictionem: cer
te illa iuriſdi. non preſumeretur tene
ri iure priuato ſed potius iure publ. qd̄
cōſiſtit in magiſtratibus. l. j. §. huiꝰ ſtu
dij. ff. de iuſti. ⁊ iure ꝙ eſt de iuriſd. vt
patet in diffinitiōe ipſius iuriſdictiōis
quia eſt poteſtas de publi. introducta.
l. j. ff. de iuriſdi. om. iudi. no. per glo. ma
gnam circa medium in. §. ⁊ iuſiuran. in
autētico. de defen. ciuita. Et ipa iuriſdi
tio tanq̄ minus plena deriuatur a ple
niſſima que eſt in principe. l. j. in prin
cip. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. ⁊
l. more. ⁊. l. ⁊ quia in verbo principali
ter. ff. de iuriſdi. om. iudi. Stant enim ſi
mul ꝙ corpora locorū puta caſtrum iu
re priuato tenerentur ⁊ ſint allodialia

⁊ tñ iuriſditio iure publico teneat vt
patet ex notatis per Jnno. in. c. ceterū.
extra de iudi. dum facit differentiā in
ter feudū rerum ⁊ feudum iuriſditiōis.
Et ita in ꝓprijs terminis decidit Pau.
de ca. in ſuo cōſil. clxiij. qd̄ incipit in no
mine domini amen. in cauſa quā magni
17 ficus habet in. ix. co. illiꝰ cōſilij. ¶ † Jtē
quero fideiuſſor q̄ fideiuſſit pro caſtel
lano caſtri ſeu roche an teneat ꝓ roba
ria facta ꝑ ipm̄ caſtellanū in territorio
ipſius caſtri? Bal. in. l. j. in pn̄. ff. de ma
gi. cōue. qui determinat ꝙ nō q̄ꝛ fideiuſ
ſit apud rempublicā nō autē apud pri
uatos ꝙ notetis. ſed ego limitarē iſtud
dictū niſi forma fideiuſſionis eſſet late
cōcepta iuxta ea que dicā. j. ¶ Sed po
namus princeps cōmiſit cuſtodiam ca
ſtri alicuij caſtellano deīde fuit facta vo
lētia illi cuſtodi ꝑ inimicos an ipſe ca
ſtellanꝰ tenebitur. Diſtingue ꝙ aut illa
violētia ꝓceſſit cl̄pa caſtellani. puta q̄ꝛ
nō habebat arma ad ſe defendēdū vel nō
habebat victualia neceſſaria. Et tunc
ipe tenet ar. l. ſi merces. §. culpe. ff. loca.
Aut nō p̄ceſſit culpa ⁊ tunc nō tenet.
18 l. de fortuitis. C. de pig. act. ¶ † Jtē p̄do
nes caſtroꝝ debent eſſe aduiſati ne ca
dant a poſſeſſione q̄ꝛ ſi caderēt nō poſ
ſent vendicare imo etiā debēt eſſe adui
ſati illi q̄ a pn̄. icepeꝛt poſſidere caſtrū
etiā bona fide ſine tit. ⁊ ſi poſſeſſio re
uerteretur ad verū dñm caſtri non poſ
ſent vendicare caſtruꝫ a vero dño. Jſta
ſunt v̄ba Ang. in. l. ſi quis emptiōis. C.
19 de preſcrip. xxx. vel. xl. anno. ¶ † Quid
autē ſi papa cōcedat caſtrū in feudū ali
cui comiti an in tali gñali poſſeſſiōe ve
niant ſpūalia? Jnno. in. c. ex lr̄is. ex̄ de
iure patro. determinat ꝙ nō. ¶ Sed q̄
ro vtrū ille q̄ habet caſtrū in cuſtodiaꝫ
a principe debeat credere lr̄is gñalibꝰ
principis ꝑ quas mādat ꝙ reddat ca
ſtrū. Cōcludite ꝙ nō ſed dꝫ ipſe cuſtos
recipere ſigna ſpālia ſibi a pncipe data
⁊ ſi credat literis gñaliter principis nō
excuſat imo punit. Jta elegāter dicit
Bald. in. c. ſignificauit. extra de appel.
¶ Ulterius q̄ro princeps ꝯmiſit cuſto
diā caſtri caſtellano ꝑ tps ſemeſtre quī
dā fideiuſſit ꝓ illo caſtellano deinde in

abſētia fideiuſſoꝛ ꝑnceps ꝓꝛogauit illō
ſemeſtre ad tm̄dē tp̄s vtrum fideiuſſoꝛ
tenebitur? Ange.nota.in.l.ſi vnus.§.ſi
cū reo.ff.de pac.determinat ꝙ non.be
ne facit.l.ſi cum hermes.C.loca.Item
fideiuſſores cuſtodū caſtrorū ⁊ fortili-
ciarū nō tenētur ex eo ꝙ ipſi cuſtodes
⁊ caſtellani fuerint condemnati ob pro
ditionem factam.Ita no.dicit Albe.de
ro.in.l.j.ff.de in lite iurā.Ego limitarē
hoc procedere niſi forma fideiuſſionis
fuiſſet late concepta per ea que habentꝛ
in.l.fideiuſſores magiſtratuum.ff.de fi
deiuſ.⁊ notabitis ꝙ ille princeps dicitꝛ
poſſidere caſtrū ad cuius inſtātiam ibi
ponitꝛ caſtellanꝰ.Ita dicit Bal.in.l.tra
20 ditionibus.in prin.co.C.de pac.¶ †Sꝫ
dubitatꝛ vtrū princeps inuito vaſallo
poſſit ponere gentes armatas vł cuſto
des ſup cāpanili vel turri eccł'ie inuito
ꝑlato? vr̄ prima facie dicendum ꝙ non
qꝛ res eccleſie prohibētur alienari.c.ſi
ne exceptione.xij.q.ij.⁊.c.nulli.extra de
re.eccle.nō alie.⁊.l.iubemus.C.de ſac.
ſan.eccle.Ergo multominꝰ debēt poſſe
occupari.Item in re ꝓpria quilibet eſt
moderatoꝛ ⁊ arbiter.l.in re mādata.C.
mād.In ꝯtriū facit qꝛ princeps hoc fa
xit tempoꝛe guerre pro defenſione pa-
trie ⁊ reipub.Et nos habemus ꝙ vtili
tas publica eſt ꝑferēda ꝓuatis.l.vnica.
§.pe.C.de ca.tol.Et iſta ſecūda opinio
eſt verioꝛ de iure vt voluit Iaco.de ra
ue.Pet.de bellaper.⁊ Ang.in.l.nullus.
C.de ſum.tri.⁊ fide catho.Ad ar.incon
trarium facta rn̄detur.Et primo ad iu-
ra allegata ꝓhibētia res eccł'ie aliena
ri ꝙ iſta nō eſt alienatio ſed pro neceſ-
ſitate incūbēti ⁊ ꝑ defenſione reip.Ad
l.i re mādata dicite ꝙ ꝓcedit dūmodo
ille cuius eſt res diſponat ſeu diſpone
21 re velit ſꝫ iuris oꝛdinationē.† habetis
etiā notare ꝙ caſtellanus inuitatꝰ ab
inimicis vt prodat caſtrū pōt attēdere
ad illā inuitationē ⁊ facere duplicē tra
ctatū ſed cū inimicis priꝰ tn̄ hoc nūtia
to dn̄o caſtri.Ita dicit Ang.in.l.q̄cūqꝫ
C.de ſer.fugi.Et idē voluit ipſe Ang.i
l.ſi quis ſeruo pſuaſerit.⁊ ꝑ illū tex.C.
22 de fur.ego nō laudo ꝙ ita fiat.¶ †Itē
caſtellanꝰ q̇ ꝓmiſit nō ponere caſtrū in
manibꝰ inimicoꝝ tenetꝛ etiā curare ne
caſtrū deueniat ad manus ipſoꝝ inimi
coꝝ.alioquin ſi poſſet impedire ⁊ non
impediat dr̄ ꝓdere caſtrū.l.fi.C.de acq.
poſ.Ita determinat Ang.in.l.nā impo
ſſibile in fi.co.ff.de pac.Nō obſtat ꝙ ha
betꝛ in.l.culpa caret.ff.de regu.iur.⁊ in
l.metū.§.ſꝫ lꝫ.ff.ꝙ met.cā vbi habetꝛ q
ille q̇ pōt impedire offenſam ꝯmittēdā
in aliū ⁊ nō impedit non tenetꝛ qꝛ rn̄det
ꝙ illa iura loquūtꝛ qn̄ quis nō eſt obli
gatus ad ipediendū ſed ſecꝰ eſt in caſu
noſtro.An aūt ille q̇ nō eſt obligatꝰ im
pedire offenſam cōmittendā in aliū ſꝫ
nō teneatꝛ i foro ꝯtētioſo an ſaltē tene
tur in foro conſcie vide gl.in.d.l.culpa
caret.dicit etiā ipſe Ang.in.l.metuꝫ.ff.
ꝙ met.cau.Nota contra miſeros caſtel
lanos ⁊ cuſtodes caſtrū q̇ immediate
cum intelligunt obſeſſionem caſtri eſſe
fiendam per inimicos ilico recedunt:
nā male faciunt ⁊ ſunt puniēdi:non eīm
ad ſonum tube vel eoꝛum debent rece
in.c.ceterum.extra de iudi.et ex mente
Joan.rey.in.d.c.imperialem.§.preterea
ſi inter.in titul.de prohi.alie.feud.per
Frede.ꝙ ſi agitur corā domino vel pari
bus curie de re feudali vel iniuria vel
de cauſa contra fidelitatem commiſſa ꝛ
ſic lis eſt feudalis tūc ſi cōtingat appel
lari a ſententia lata per dn̄m vel pares
curie erit appellandum ad proximiorem
dn̄ꝫ ſuperiorē illius feudi ꝛ ſi ab ipſo ꝓ
ximiore dn̄o cōtingat poſtea appellari
erit appellandum ad magis ſuperiorē ꝛ
vltimo ad imperatorē.l.imperatores.ff.
de pac.Et ad premiſſa videatis tex.ſin.
valde notandū in.d.c.fi.in ti.quo temp.
mil.Si vero ageretur corā ordinario loci
de re nō feudali ꝛ de cauſa nō feudali ꝛ
cōtingeret alterū ex litigantibus ap-
pellare ab illo iudice ordinario erit ap-
pellandū ad ſuperiorē illius iudicis ad
quem alias iure cōi vel ex vſu ꝛ cōſue-
tudine appellationes deuoluunꝛ.Opti-
me facit.c.romana.§.dꝫ.extra de appell.
lib.vj.ꝛ qđ habeꝛ in.c.ſi duob⁹.in fi.ex-
tra de appell.¶Unū ſemper notetis ꝙ
licet vaſallus ſit inueſtitus de feudo al
cuius caſtri cū mero ꝛ mixto imperio ꝛ
omnimoda iuriſdictione tn̄ ſi ipſi ſubdi
ti appellāt a poteſtate vel vicario depu
tato per ipſum inueſtitū non erit appel
landū ad ipſum feudatariū inueſtitum
ſed ad dn̄m ſuperiorē qꝛ licet princeps
ↄcedat vaſallo merū ꝛ mixtū imperium
ꝛ omnimodam iuriſdictionē in aliquo
loco nō tn̄ vꝛ ſibi cōceſſiſſe appellationes
niſi de eis fiat expreſſa mētio in conceſ
ſione.Jta colligiꝛ ex notatis per Bal.
in.l.j.§.q̄ mandatū.ff.de offi.ei⁹ cui man
da.eſt iuriſdi.Et predicta notetis quia
37 quotidiana.¶†Jnquantū dixi ſupra nō
eſſe credendū principi dicenti vaſallum
commiſiſſe ingratitudinem ſeu felloniam
dignam priuatione feudi Bald.in quo
dam ſuo conſilio.ccclxxviij.incipiente
in xp̄i noīe queriꝛ ſi rex romanoꝝ in pe.
colꝛ.in.iij.volu.videtur velle contrarium
dum dicit ꝙ imperator aſſerit aliquem
ſuum vaſallū eſſe ingratū ꝛ propter hoc
auferat ſibi feudū nō oportet aliter pro
bare de illa ingratitudine cū ipſe impe
rator in vaſallū vite neciſq; arbitrium
habeat arg.l.in ſuis.ff.de libe.ꝛ poſthu.
Jtē qꝛ oēs homines ꝛ ꝓuincie dicuntur
peculiares eſſe imperatoris vnde poſſu
mus dicere id quod dicitur de peculio
quod naſciꝛ ꝛ creſcit ꝛ decreſcit prout
placet dn̄o.l.peculiū naſcitur.ff.de pe.
Jn iſto puncto putarē ſic diſtinguendum
ꝙ aut loquimur in imperatore ita aſſerente



et tūc dicerē eſſe ſibi credendū qꝛ preſu
mitur moueri ex iuſta cauſa per ea que
nota.gloſ.reputata ſingulari.in.l.rele-
gati.ff.de penis.ꝛ per Cy.in.l.reſcripta
C.de ꝓci.impe.offe.Optime faciunt no.
in.d.cle.j.extra de proba.nam deuenire
in odiū principis ideſt imperatoris eſt
magna cā ingratitudinis vt dicit Bald.
in preallegato conſilio allegans.l.teſta-
mēto centurio.ff.de manu.teſt.Aut lo-
quitur in alio principe inferiore:ꝛ tunc
ſtarem deciſioni Andr.de yſer.quam ſu
perius allegaui per text.in.c.j.in ver-
bo conuicta culpa.in titu.de feud.ſine
cul.nō amit.Nam licet princeps de ple
nitudine ꝑtātis poſſit parti auferre de-
fenſionē in cā ciuili ſeu pecuniaria tn̄
in cā criminali hoc facere nō poteſt cle.
paſtoralis.extra de re iudi.Et ita dicit
expreſſe Bald.in.l.iij.§.ſi is ꝓ quo.ff.q
quiſq; iur.ꝛ idē Bal.in.l.j.§.idem officii⁹
38 ff.ne qs in ius vocan.eſt.¶†Nunc de-
ſcendo ad materiā appellationis et in
hoc aduertite qꝛ nos habem⁹ varia tē-
pora quoddā enī eſt tp̄s interponende
appellationis et iſtud eſt tēpus decem
dierum auꝛ.hodie.C.de appel.Et iſtud
tp̄s eſt vtile a ſui principio qꝛ nō currit
ignoranti.l.ab eo.C.quō et qn̄ iudi.Jn
progreſſu nō eſt cōtinuū.vt not.in.l.an-
nus.ff.de calum.Quoddā vero eſt tē-
pus petendorū apoſtolorū ꝛ de iſto ha-
betis.in.l.eos.§.apoſtolos.C.de appel.
et in clemen.Quis rigor.extra eo.tit.de
appel.Quoddā vero eſt tp̄s ad ſe pre-
ſentandū corā ſuperiore a quo fuit ap-
pellatum ꝛ iſtud eſt arbitrarium quia dꝫ
attenti qualitas perſone et itineris di-
ſtantia:vt hꝛ plene per Bart.et ceteros
in.l.preſes.C.de appella.Et per cano.
in.c.ꝑſonas.extra eo.de appell.Quod-
dam eſt tēpus ꝓſequēde ſeu exercende
appellationis.ꝛ iſtud eſt tp̄s anni.Et ex
cauſa datur bienniū auꝛ.ei qui.C.de tē- 39
po.appel.habetur.in.c.ex ratione.et in
c.cum ſit romana.extra de appel.¶Ui-
deamus nunc vtrū iſta tēpora debeant
ſeruari qn̄ appellaꝛ in cauſa feudali vi
detur ꝙ non quia text.in.c.fi.in tit.quo
tempo.mi.dicit ꝙ qn̄ appellatur in cau
ſa feudali dantur appellanti ſex ſepti-
mane.Sed vos audacter concludite ꝙ
imo in materia feudali debent ſeruari
iura cōia diſponentia in materia appel-
lationis vt in iuribus ſuperius allega-
tis ex quo enim in iuribus feudorū nō
reperiꝛ tantū contrarium debemus ſer
uare iura romanorū.c.j.§.ſirenu⁹.in ti.
de feud.cog.Non obſtat tex.in.c.fi.quia
reſpōdeꝛ ꝙ ponit caſum ſpecialem qn̄
in materia feudali appellatur ad impe-
ratorem.nam appellatus poſt interpo-
ſitam appellationem habet ſex ſeptima
nas ad preparandum ſe ad eundem ad
preſentiam imperatoris:quia ad facien
dum tam lōgum iter.requiruntur mul-
ta preparamenta item magna impen-
ſa vt volunt docto.maxime Andr.de
yſer.et Bald.in.d.c.fin.in titu.quo tem-
po.miles.Jtem diſpoſitio illius tex.ha
bet locum in magnis feudis:puta in
feudo regni ducatus vel marchionat⁹.
Ceterum ſi appelleretur in paruis feu-
dis non eſſet neceſſe ire ad preſentiam
imperatoris ſed ſufficeret mittere apo
ſtolos ꝛ ꝙ imperator delegeret cauſaꝫ in
partibus:dicunt etiam docto.in.d.c.fi.
ꝙ illud tempus ſex ſeptimanarū quod
datur ad ſe preparandū:vt.ſ.bene poſ-
ſet augeri ſed non diminui per nota.in
l.ij.ff.de re iudica.Addite aliā ſpeciali-
tatē in materia feudali ꝙ licet iudex a
quo fuit appellatū nō teneaꝛ ire cū par
te appellante ad ſuperiorem ad quem
fuit appellatū.ꝑ not.per Jnnoc.in.c.ſe-
pe.extra de appel.tn̄ in magnis feudis
quando fuit appellatū iudex qui iudica
uit in cauſa quo fuit appellatum debet
ire cum parte appellanti ad preſentiam
ſuperioris vt eleganter ꝓbatur.in.d.c.
fi.in tit.de tempo.mil.Secus in paruis
feudis quia iudex a quo non arctaretur
dimittere ſuum proprium tribunal pro
eundo ad imperatorem vt volunt doct.
in.d.c.fi.Et hec notetis.¶†Uerum qꝛ
lata ſententia de re que tranſiuit in reꝫ
iudicatā peruenitur ad executionē iudi
cati.videndū eſt qualiter fiat iſta execu-
tio.Cōcludite ꝙ ſi litigatuꝫ eſt ſuꝑ feu-
do.tunc ſententia mandabiꝛ executioni
in illo feudo de q̄ fuit litigatū ꝛ an hoc
caſu debeat citari vaſallus q̄ ſuccubuit

in cauſa anteꝗ̄ fiat executio videte per Bart.in.l.a diuo pio.§.ſi ſup rebꝰ.ff.de re iudic.⁊ Bal.in.l.j.C.de iu.⁊ fac.igno. ⁊ ꝑ eūdē Bal.in.l.tale pactū.§.ꝙ ꝓuocauit.ff.de pa.⁊ ꝑ cano.in.c.ex rōne.extra de appella.Si vero vaſallus eſſet condēnatus in actione ꝑſonali.⁊ victor peteret executionē ſnīe contra vaſallum.an hoc caſu feudū ipſiꝰ vaſalli poterit capi in executionē iudicati.Cōcludite ꝙ ſic in defectum tñ aliorū bonoꝝ.⁊ non alr arg.l.cōmodis.⁊ ibi not.ff.de re iudic.⁊ l.ſtipendia.C.de execu.rei iudi.Aduertite tñ qꝛ tale ius captū in executionē iudicati non durabit niſi tanto tenore quāto durabit ius vaſalli ⁊ nō vltra qꝛ reſoluto iure datoris reſoluit̃ ius acceptoris.l.lex vectigali predio dicta.ff.de pigno.⁊.c.j.§.rurſus.in tit.de cōtrouer.inueſti.¶ Limitabitis tñ hoc ꝓcedere niſi creditū ad qđ tenebat̃ vaſallus erga victorē ſnīe fuiſſet verſum in vtilitatem dñi vel agnatoꝝ vel eſſet debitū ex natura feudi:puta pro maritanda filiā dñi nam hoc caſu licet feudū deuoluat̃ ad dñm vel agnatos tñ durabit ius creditoris niſi in poſſeſſionē rerū feudaliū in executione iudicati.predicta ſunt de mēte And.de yſer.in.c.j.§.j.i ti.de inueſti.de re.alie.fac.Aduertite etiam ꝙ qñ fieret miſſio in poſſeſſionē in bonis feudalibus ad inſtantiā alicuius creditoris cui vaſallꝰ eſt obligatꝰ nō fit miſſio in ſubſtantia feudi nec ius feudi ſeu vtile dominiū vaſalli capit̃.ſed ſolū cōmoditas hoc eſt fructus redditus ⁊ prouētus feudi.Jta not.dicit Bart.in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibꝰ.ff.de dā.infec.An aūt in feudo regali ducali marchionali vel comitali fiet miſſio i poſſeſſionē ad inſtantiā creditorū.vide tu ſingulariter per Bald.in aut.ei qui iurat.in.vij.col.C.de bo.auto.iud.poſ.

1 ¶ Vaſallus offendens aliquē ex adherētibꝰ dñi ſui an ſit feudo priuādus.
2 Factū aliquod qualiter ſit probandum factū in odiū ſeu malam partem.
3 Pax inter principes facta an etiam cōprehendat adherentes.
4 Vaſallus alicuius dñi an poſſit ſine licentia domini confederationem facere cum aliqua ciuitate.
5 Adherentes qui ꝓprie dicant̃.⁊ nu.6.
6 Complices:participes:corporales qui dicantur.
7 Adherentiā faciens alicui ſuperiori de aliquibus caſtris an videatur conferre aliquem iuriſditionem illi ſuperiori in illis caſtris.
8 Conſideratio dupliciter fieri dicitur.
9 Confederatio an ſine ſuperioris licentia fieri poſſit.
10 Cōfederationes ad malum finem tendentes non valent.
11 Vaſallꝰ cōfederationē cū inimicis dñi ſui faciens pſumit̃ inimicus ipſius dñi.
12 Scripture autētice fidē facientes in vno loco an etiam fidem faciant in alio.
13 Cōfederationem facientes cum aliqua ciuitate an illius ciuitatis priuilegiis gaudere debeant.
14 Diffidato vno an intelligantur et eius complices ſeu adherentes diffidati.
15 Confederati an ⁊ quando ⁊ in quibꝰ teneantur ſe inuicem iuuare.

## De adherentibus et confederatis.

1 ¶ † Quero vaſallꝰ offendit vnū ex adherētibꝰ dñi ſui an ex hoc poterit priuari feudo. Cōcludite ꝙ nō qꝛ adherentia nihil hꝫ cōe cū feudo. Et ita ſnīa ꝓbatur optima rōne qꝛ fratres naturali cōiunctio ſibi adinuicē adherēt.l.vt vim.ff.de iuſti.et iure.⁊.l.j.ij.⁊.iij.ff.de libe.cauſa. Et tñ ſi vaſallꝰ offendat vel occidat fratrem dñi ſui iſta nō eſt iuſta cā priuationis feudi.c.j.in tit.an ille ꝗ interfe.fra. do.ſui in lib.feu.niſi fratrē dñi occidiſſet i odiū ipſiꝰ dñi ſui alias nō factuꝝ nā tūc bñ priuaret̃ feudo.ar.l.oſſa.§.fin. 2 ff.de relig.et ſump.fune. † Et ſi queratur quō poterit ꝯſtare ꝙ hoc fecerit i odiū dñi. Rñdetur ꝙ poterit cōſtare ꝑ verba ꝓlata per ipſum vaſallū iuxta no.per glo.ordi.in.l.apud celſum.in princ.ff.de excep.doli.ad ꝓdicta allego vobis Bal. in terminis cōſilio ſuo.cxxxvij.incipit. In chriſti noie nihil cōmune habet in



3 primo volu. ¶ Et notetis bene iſtā deciſionē. ¶ † Et iuxta iſtā materiam de adherentibus quero duo principes habētes inter ſe guerrā fecerunt pacē ad inuicē nunquid in illa pace intelligerētur incluſi adherentes ipſorum principum. Concludite ꝙ non niſi de ipſis in pace ⁊ in tractatu et concluſione pacis ſit facta mentio. Ad hoc allego vobis tex.no.in.c.ad apoſtolice.extra de re iudica.lib.vj.vbi eñ dicit̃ adherentes nō includi in pace niſi hoc exprimatur ꝓpterea cōmendatur multū fidelitas romani pontificis ſeu eccleſie romane:qꝛ nunꝗ̄ voluit facere pacē cum inimicis eccleſie niſi expreſſe includerent̃ adherentes ipſius eccleſie romane.et ita dicit Jnno.in.d.c.ad apoſtolice. Addo vobis.d.Panor.ita expreſſe dicentē.in.c.j.circa.viij.col.in ver.ex ꝓdictis infertur. Addo Ange.ita etiā volentē.in.l.ꝗ religioſa.ff.de rei vendi.vbi in iſto puncto ita diſtinguit. Aut verba pacis ſunt cōcepta in rem ⁊ tūc bene includunt̃ adherentes.arga.l.hec verba.ff.ad.l.iul.de adulte. Aut ſunt concepta in perſonā.⁊ tunc nō includunt̃ adherentes maxime ſi illa pax eſſet ſtipulatione vallata:puta qꝛ principes promiſiſſent ad inuicē ſe non offendere qꝛ ſtipulatio eſt ſtricti iuris ⁊ nō extēdit̃ de perſona in ꝑſonā.l.quicqđ aſtringende.ff.de verbo.oblig. Et ideo dicit Ang.de more eſſe ꝙ in pace ⁊ in capitulis pacis fiat expreſſa mētio de adherētibus ſubijcit ꝙ aliqñ intelligerentur incluſi adherentes etiam ſi nō exprimant̃ ſcꝫ qñ pax non ꝓdeſſet paciſcenti niſi includerent̃ adherentes. Et hec notetis. ¶ Sed ponamꝰ ꝙ principes facientes pacē ꝓmittantur adinuicem de non offendendo ſe nec terras ſuas vtrū per iſta verba includant̃ terre adherentes.d.Panor.in prealleg.c.j.in.viij.col.determinat ꝙ non qꝛ in contractibꝰ ſm eū nō facimus interpretationē largā.c.cum dilecti.in fi.extra de dona.facit.l.veteribꝰ.ff.de pact. 4 ¶ † Sꝫ an vaſallus vnius dñi poſſit facere adherentiā ſeu cōfederationē cum aliqua ciuitate ſine licētia dñi ſui. Concludite ꝙ ſic dūmodo hoc nō fiat i ꝑiudiciū dñi ſm Archi.in.c.preſidentes.extra de here.lib.vj.⁊ ſm Hoſt.in.c.ſi.extra de iudi. Caueant etiā ne faciat adherentiam et confederationē cū inimicis dñi de quo plene tractaui vobis.ſ.in illo articulo an lic.vaſal.copulare amicitiā cū inimicis dñi. Jtē licet aliquis offendat ſubditum cōfederati non tamen debet rūpere pacē ſm Jnnoc.in.c.dilectis filijs.extra de appella.hec omnia vult Bart.ſuo conſi.ccix.incipien.queritur primo.

5 ¶ † Pro maiore declaratione omnium predictoꝝ quero qui proprie dicantur adherentes Ange.in aut.de here.⁊ falci.in princi.in.iij.colum.dicit ꝙ proprie adherentes dicuntur illi qui ſunt eiuſdem velle cuius eſt ille cui fit adheſio allegat preallegatuꝫ.c.ad apoſtolice. Et ex hoc infert̃ ad ciuitates que adinuicē habent guerrā ⁊ poſtea faciunt pacē ⁊ ꝓmittūt non offendere ſe nec adherētes. Nam ſm Ang.adherētes dicuntur qui ſunt ſubditi ciuitatis ⁊ etiā illi qui ſunt eiuſdē velle cuius eſt ipſa ciuitas.

6 ¶ † Qui aūt dicant̃ cōplices hr̃ in.c.cōqueſti.extra de ſentē.excō. ¶ Qui autē dicant̃ participes vide per Bald.in.l.vnica.C.de rect.prouin. ¶ Qui aūt dicant̃ corporales dicit Ange.hoc colligi ex tex.⁊ gl.l.ij.§.ſi ꝗs nō holes.ff.vi bono.rapt.in illa glo.que facit mentionē de comite Alberto. Addite ꝙ idē Ang.in cōſilio.ccxxxviij.incipiente inter capitula pacis.circa.viij.col.illiꝰ cōſilij dicit ꝙ adherētes ꝓprie dicuntur illi qui intētioni ⁊ operibꝰ alteriꝰ adherent. Et oēs eum ſequunt̃ ⁊ tales etiā dicuntur ſequaces allegat text.in.c.inter claras.C.de ſum.trini.⁊ fide catho.⁊.l.vnicam.§.ſi autē.in ingenuam.C.de rapt.virgi. Ad id qđ dixi de adherentibus allegat l.ſi in verbo adherentibꝰ.C.de diſcuſſo.lib.x.⁊ tex.in.d.c.ad apoſtolice.extra de re iudi.lib.vj. Et ibi loquit̃ de quodam populo dñi Lappi de caſtellione ciuis florentini qui verbis ⁊ factis oſtēdit ſe adherentē dñi comitis virtutū reuelando oīa ſecreta ⁊ oīa cōſilia florentinoꝝ. Dicit Ang.ꝙ nō poterat ardentius adherere dicto comiti ꝙ̄ qñ reuelabat ſecreta ⁊ conſilia ſue ꝓprie ciuitatis op

pugnando ex quo inciderat in penam
proditionis ꝛ falſitatis allegat tex.cum
gloſ. in.l.fallaciter.C.de abolitio.ꝛ.l.de
delictorum.C.exploratores.ff.de re mili.ꝛ
l.athletas.itē preuaricator.ff.de his q̄
nota.infa. ¶ Et vt melius intelligatis
iſtā materiam quero de pulchra q̄one.
¶ Exiſtēte guerra inter ducē mediola-
ni ex vna parte ꝛ celſam cōitatem florē
tinoꝝ ex altera. q̄dā comes Robert⁹ ꝓ-
miſerat et iurauerat cōitati florētinoꝝ
ꝙ nō eſſet ꝑpetuo deuot⁹ ꝛ fidelis ipſi⁹
ciuitatis ꝛ ꝙ eam adiuuaret et ꝙ ami-
cos dicte cōitatis haberet ꝓ amicis et
inimicos ꝓ inimicis ꝛ verbis factis et
ſignis oſtendit ſe eſſe hoſtem et inimi-
cū memorati ducis mediolani faciendo
guerrā pro florentinis mittendoq̄ bra
uium ꝛ vexillū ſuū in fauorem dicte cō
munitatis cōtra prelatum ducē:deinde
fuit facta treuga inter prefatū ducez et
cōmunitatē florentinoꝝ et inter capitu
la treuge erat vnum in quo contineba-
tur ꝙ vnaqueq̄ partium intra certum
tempus tūc prefixum deberet nomina-
re ſibi adherentes vt gauderent etiam
beneficio treuge. Memoratus dux me-
diolani nolauit pro ſibi adherente pre-
fatam comitē Robertū vnde querit an
talis nominatio proſit ipſi comiti. Con
cludit ꝙ non propter impoſſibilitatem
materie ſubiecte.cū enim prefatus co-
mes Robertus verbis ſignis et factis
palam oſtenderet ſe hoſtem prefati du-
cis mediolani nō poterat dici adherēs:
quoniā enim tollimus ſubiectū neceſſa
rio tollemus predicatū.l.ſi meuia mater
mea.ff.de hered.inſtitu.Et ideo dicim⁹
ꝙ nō pōt fieri predicamentū de chyme
ra.l.ſi ſtipuler.ff.de verbo.obliga.et cui
nō adaptat̄ ſermo etiam non adaptatur
diſpoſitio cōtenta in ipſo ſermone quā-
tumcunq̄ verba ſint latiſſima.l.qui in-
ſulā.§.ſi.ff.loca.vbi notabiliter ꝓbat̄ ꝙ
ſi excipio violētiā dicēdo ꝙ volo teneri
de violentia iſta.ſermo debet intelligi
ꝙ non tenear de violentia commiſſa ꝑ
extraneos ſed de cōmiſſa per domeſti-
cos ꝛ familiares bene teneor.Et notes-
tis bene iſtum tex.ad illud quod dixi ꝙ
ille cui non adaptatur ſermo ꝛc. Opti-
me facit.l.in q̄ſtio.C.de ſol.ꝛ cōcluſione
predicta facit q꞉ prefatus.d.comes Ro
bertus non poterat eſſe adherens eodē
tempore duoꝝ inimicoꝝ q꞉ fuiſſet ſibi
cōtrarius.l.pe.C.de fur.Preterea domi
ni florentini veriſimiliter nō cogitarēt
nec poterant cogitare ꝙ prefat⁹ comes
Robertus qui palā fouebat partem cō
munitatis florentine eſſet adherēs pla
ti ducis cuius oſtendit ſe hoſtē ꝛ inimi
cum. Preterea illa adheſio quam fece
rat memorato duci fuerat facta clande
ſtine ꝛ talis actus clandeſtine preſumi
tur doloſe facti.Et ideo illa nominatio
nō debuit ꝓdeſſe prefato comiti.l.ſi.ff.
iuſtū enim.C.de litigio.Hinc videmus
ꝙ ſi inter cōiunctos cōtrahit̄ matrimo
niū clandeſtine preſumit̄ fraus ꝛ dolus
ſec⁹ ſi palā.l.fin.ff.de ritu nuptia.ꝛ.l.ſi.
de interdic.mat.Eſt ergo ꝯcluſio ꝙ me
morat⁹ comes Robert⁹ nō poterat
eſſe de adherētib⁹ ducis mediolani
ita reperio cōſuluiſſe Ang.de peruſio
7 ꝯſi.ccclxj.inci.cariſſime frater. ¶ Cō
ſequenter quero de notabili q̄one vnd
quando aliquis facit adherentiam ali
cui ſupiori de aliquib⁹ caſtris videat̄
cōferre aliquam iuriſdictionem in illos
ſuperiorem in illis caſtris hec queſtio
fuit de facto quia filij magnifici dñi
marchionis cere diuiſerunt inter ſe ca
ſtra illius marchionetus.deinde fece
rūt adherentiā illuſtriſſimo duci me
lianenſi ꝛ dubitatū fuit virū ꝓpter illā
adherentiam eſſet tranſlata aliqua iu
riſditio i memoratū ducē.Bal.ſup illo
facto cōſultus determinat ꝙ nō dicetur
ꝙ ꝑ ſimplicē adherentiā quam quis facit
ſuperiori de aliquib⁹ caſtris ex hoc nō
videt̄ trāſferre iuriſdictionem in illum
dñm excepto ꝙ ex ipſo cōfederatio ma
iorez ipſe ſuperior habet iuriſdictionē
q̄ñ offenſores alterius partis reperi
tur in terra illius partis:q꞉ ſi illi offen
ſores iam erant condemnati ꝛ non
ſtabat niſi in eos animaduerteret vel
eos remitteret in locuz delicti.Ergo
ipſe ſuperior maiorem haberet iuriſ
ditionem.allegat ad hoc text.autem
in.l.non dubito.ff.de cap.ꝛ poſtli.reuer.
¶ Limita tñ ꝓdicta niſi faciēs adheſio



illā ſubmitteret ſe iuriſditiōi ipſi⁹ ſupe-
rioris ꝙ facere poſſit in ſui preiudiciū ꝫ
l.eſt receptum.ff.de iuriſ.om.iud.Sub-
dit ꝙ quādo ſubmiſſio accedit contra-
ctui nominato nō eſt locus pertinentie
ſecus ſi fuiſſet ſimplex prorogatio alle-
gat.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdictio.om.
iudic.Et not.per Archid.in.c.preſiden-
tes.extra de here.ita cōſuluit Bal.con-
ſi.ſuo.cccciij.incipiente inter tres mar-
8 chiones in.iij.volu. ¶ † Nunc venio ad
articulum confederationum.Et debe-
tis ſcire ꝙ confederatio fit dupliciter.
Aliquando fit equaliter:puta quia due
ciuitates vel duo principes ꝓmittunt
adinuicem ſe adiuuare ꝛ talis cōfedera
tio fit ad ꝓtectionē.Aliquando vero fit
cōfederatio inequaliter:puta q꞉ vna ci-
uitas cōfederando ſe alteri recognoſcit
in ſuperiorem.Iſta ſunt de mente Bald.
in.l.de quibus.verſi.quinto quero.ff.de
l.vbi dat intellectum ad.l.nō dubito.ff.
9 de cap.ꝛ poſtli.reuer. ¶ Aduertite etiā
q꞉ ciuitates vel barones recognoſcētes
ſuperiorē nō poſſunt facere confedera-
tionē ſine licentia ſuperioris et hoc eſt
de mente Barto.in.l.ij.in.ij.col.ff.de col
leg.illic habet per Bal.in.c.j.§.conuen
ticulas.in tit.de pace iura.firmā.in vſi.
10 feud. † Item quando confederationes
fiunt ad malum puta ad homicidia per-
petranda nō valent etiā cum iuramen-
to.Ita dicit Bal.in.l.ſi ad excludendam.
C.de reb.credi.ꝛ idē Bal.in rubr.C.pro
ſocio.Optime facit tex.in.l.ſi a reo.§.ſi.
ff.de fideiuſ.§. quod ex turpi.inſtitu.de
inuti.ſtipu.Notetis etiam ꝙ cōfederati
preſumuntur eſſe eiuſdem intentionis.
11 ¶ † Et iō ſi vaſallus alicui⁹ dñi facit cō
federationē cū inimicis ipſi⁹ dñi preſu-
mitur eſſe inimicus ipſius domini.Ita
formaliter dicit Bald.in.l.liberi.C.de
12 inofficio.teſta. † Itē ſi in aliquo loco ſint
ſcripture autētice puta q꞉ ſint in archi
uio publico tales ſcripture facient fidē
nedum in illo loco ſed etiā in alijs locis
cōfederatis.Ita eleganter determinat
Bald.in rubr.C.de fide inſtrumē.circa
13 fina.com.et eſt bene notandum. ¶ † Itez
in materia repreſaliarum virum homi-
nes confederati gaudeant priuilegijs
ꝛ ſtatutis illius ciuitatis cum qua fece-
runt confederationem.videte per Bal.
in aut.ꝛ omnino circa.vij.feud.viij.coll.
in ver.ſi quid de hominibus confedera-
tis.C.ne vxor ꝓ mari ꝛc.Sed pone due
ciuitates fecerunt adinuicē ligā ſeu cō-
federationem per quinquēnium.lapſo
quinquēnio adhuc preſtāt ſibi mutuos
fauores ꝛ auxilia mutua.An ex hoc in-
telligatur renouata liga ſeu confedera-
tio.Cōcludite ꝙ nō arg.l.ſi cū hermes.
C.loca.maxime ſi prima liga ſeu confe-
deratio erat facta per ſtipulationem q꞉
ſtipulationes requirunt verba.l.j.in ꝓn.
ff.de verbo. obligatio.Et hoc procedit
preſertim ſi primus contractus confe-
derationis fuiſſet celebrat⁹ in ſcriptis
iuxta.l.contractus.C.de fide inſtrumen.
Nam tunc non intelligeret̄ renouatus
niſi interueniente ſcriptura.l.item q̄ri-
tur.§.qui impleto.ff.loca.Predicta ſunt
verba Bald.in cōmento pacis conſtā.in
verbo itē ſocietatē.Et not.bene ꝓdicta
14 q꞉ ſepe cōtingūt. ¶ † Itē diffidato vno
intelligunt̄ diffidati oēs ei⁹ cōplices au
xiliantes adherentes ꝛ confederati.Se
cus eſt in ſententia quia non afficit niſi
illos contra quos nominatim format⁹
fuit proceſſus.Ita dicit not.Bal.in.l.ij.
in penul.chart.in verſicu.ꝛ non diffida
15 to vno.C.de ſerui.ꝛ aqua. † Addite quod
illi qui ſunt adinuicem confederati te-
nentur ſe adinuicem adiuuare preſta-
re arma gentes et amicos.Ita dicit An
gel.in.l.j aliās.ij.§.excuſantur ad ſena.
conſul.ſille.Item non tenentur ſe adin-
uicem adiuuare in bello iniuſto niſi in
capitulis confederationis aliter caueat-
tur.Ita dicit Angel.in.l.ſi quis in gra-
ui.ff.eod.titul.ad ſimiliter. ¶ Addo vo-
bis ꝙ illi qui fecerunt adinuicem ligam
ſeu confederationem non tenentur ſe
adiuuare niſi requirantur quia in pro-
miſſione ſeu confederatione de ſe adiu
uando ſubintelligitur ſi vna pars re-
quirat alteram quod eſt notandum pro-
pter confederationes ſeu ligas que fiūt
inter ciuitates ſeu principes.Ita dicit
notan.Bald.in.c.j.in princ.in verbo re-
quiſit⁹ in tit.de no.for.fidē. ¶ Sed que-
ro vnus princeps habet guerrā contra

aliſ z volunt adinuicem pacē facere et confederationem. nunqd vnus ex ipſis principibꝰ poſſit caſtrū ſubditi ſui dare alteri principi pro habēda pace in ſuo territorio ſeu dñio. Concludite ꝙ ſic qꝛ habere pacē cōcernit bonū publicū z ꝑpter bonū publicū pōt aufferri ius priuati. l. itē ſi verberatū. §. j. ff. de rei vendi. z l. lucíꝰ. ff. de euic. z l. antiocenſiū. ff. de priuileg. z l. vēditoꝛ. §. ſi cōſtat. ff. com munia predio. notat ꝑ cano. in. c. q̄ in ecclesiarū. extra de conſtitu. Optime facit text. in. c. niſi eſſent in verbo pro bono pacis. extra de preben. et in indiuiduo hoc vult Barto. in. l. quicunqꝫ. ad fi. col. C. de fide inſtrumen. z iure ha. fiſ. lib. x. z Innocē. in. c. in noſtra. extra de iniur. et dā. da. z Bal. in. l. cōuentionum. ff. de pac. z idem Bal. in. l. quicūqꝫ. in vltima col. in ver. deinde nota. C. de ſeruis fugi. z Ang. expreſſe in. l. bene a zenone. C. de quadri. preſcript. Nam in locis prime allegatis dicunt prefati docto. ꝙ in bono publico z pro publica vtilitate puta pro pace habenda poſſunt aufferre iura priuatorum. 2

1 Matrimoniū ad morganicam quare z quid dicatur.

2 Pactum an in contractu matrimoniali poſſit fieri filiū excluſiuū a feudali ſucceſſione. z nu. 3.

4 Filiū ſpuriū legitimati an aliquo pacto poſſint ſuccedere in feudo cum vero legitimo z naturali.

5 Contrahēs matrimoniū cū pacto ꝙ filiū naſcituri nō ſuccedent i feudo an poterit mutare voluntatem.

6 Ceſſante conſuetudine ꝙ filiū ſcdi matrimoniū nō ſuccedant in feudo cum primis an poterit aliter ꝓuideri ipſis filiūs ſecundi matrimoniū.

Cum vnꝰ ex dictis vaſallis habēs filios ex prima vxore nobili ea mortua accepit aliā ignobilē in vxorē cū pacto ꝙ filiū naſcituri ex ea nō ſuccederent in bo-

1 nis feudalibus. ¶ † Circa hmōi. pactū debetis ſcire ꝙ appellat matrimonium ad morganicā. Ita ꝓbat tex in. c. vnico. in ti. de filiūs na. ex matri. cōtra ad morga. Et eſt vulgare Mediolañ. Et dicitur ad morganicā quaſi morganicum id qd ꝑ mortem viri capit. ¶ Nunc quero an huiuſmodi pactū valeat. Concludite ꝙ valet in locis in quibꝰ eſt iſta conſuetudo vt poſſit fieri tale pactū vt ꝓbat in c. mulier. z in. c. ſi filiū. i ti. ſi de feudo defunc fue. cōtrouer. Ceſſante aūt tali conſuetudine pactū nō valet qꝛ eſſet pactū de nō ſuccedendo ꝙ nō valet in iure ciuili. l. pactū qd dotali. C. de colla. z l. pactum qd dotali. C. de pac. ¶ † Secundo quero qd ſi iſtud pactū apponat ad excludenduz filios primi matrimoniū. An cōſuetudo predicta vigēs in loco trahatur ad iſtū caſum. z videt ꝙ ſic ꝑ text. in d. c. ſi filiū. Et videt ibi intuere Bal. qui dicit ꝙ talis cōſuetudo qñqꝫ habet mo tiuum equitatis puta ſi marchio tenens feudū ab iperatore accipiat filiā regis in vxorē cū pacto ꝙ filiū naſcituri ex ea ſuccedāt in marchinatu nō aūt filiū nati ex alio mrimonio. Nā filia regis nō fuiſſet alias nuptura dicto marchioni niſi cum pacto ꝑdicto. z Ja. alua. in. d. c. ſi filiū. refert ꝙ marchio mantue filiā ſuā legitimā z naturalē tradidit nuptui filio nō legitime nato marchiōis ferrarie cū pacto exꝑſſo ꝙ ipe filiꝰ debeat ſuccedere in marchionatu. Et marchio mantue filiā ſuā fue nō fuiſſet alias traditurus nuptui niſi cū pacto ꝑdicto: refert etiā ꝙ marchio ferrarie tēporibus ſuis accepit marchioniſſam ſaluciarū in matrimoniū cū pacto expreſſo ꝙ filiū naſcituri ex ea nō ſuccederēt in marchionatu ferrarie. Voluñt ergo prefati docto. ꝙ tale pactum valeret ſtante z permittente cōſuetudine de qua ſupra. † Sed circa 3 cōſuetudine ſcripta ſeu ceſſante tali cōſuetudine tale pactū ſit equū z iuſtum. Non determinant vñ putarē tale pactū nihil valere ceſſante ꝯſuetudine ꝑ. l. ſi qū. in. §. de inoffi. teſtamen. z ꝑ. l. fi. ff. de ſuis legi. Sed preſuppoſita conſuetudine ne valeret. non tamen intelligatur ſi talis conſuetudo ſit in vno loco ꝙ extendatur ad aliū qꝛ eſt ſatis iniqua conſuetudo:



ſuetudo: vnde non debet extendi de loco ad locum per ea que no. in. c. ſi. extra de offi. archidia. vnde non iniuria dicit ꝑalleg. c. ſi filiū. ꝙ illud. c. non haberet locum in bonis emphiteoticis allodiali- 6 bus. Subdit ꝙ ex pactis predictis vidit oriri multas contentiones z incōueniētias. Et quē euētū habuerint illa pacta inter marchionē mātue et marchionez

4 ferrarie ſatis audire potuiſtis. ¶ † Sed pone qdā mulier dedit mihi i dotē decē milia ducatoꝝ ſperās filios ex ea naſcituros debere ſibi ſuccedere z ex ea ſuſcepi vnū ſolū filiū z cū haberē plures ſpurios ex quadam meretrice ego feci eos legitimari per imperatorem: ita vt pro virili ſuccederent cum illo legitimo an talis legitimatio valeat Bal. in preallega. c. ſi filiū. dicit qd ſi imperatoꝛ hoc faciat vnum pecus negari tamen non poteſt ſm eum quin talis legitimatio valeat per no. in. l. gallus. §. et quid ſi tātū. ff. de liber. z poſthu. Addit Bald. in preallega. c. ſi filiū. ꝙ imperatoꝛ ita faciēdo non habet pre oculis iuſtitiam publice honeſtatis nec conſiderat quod per nuptias ſeruatur excellens genꝰ humanū vt ꝓbat i autētico de nup. vbi dr in ꝓn. ꝙ per iuſtas nuptias preſtat immortalitas humano generi facit. l. j. ff. ſol. ma.

5 Et ſniam Bald. de qua. ſ. omnes poſteriores ſequuntur. ¶ † Sed ponamꝰ qd ille qui accepit ſecundā vxorem virture conſuetudinis de qua. ſ. fecerit pactum ꝙ filiū naſcituri ex ipa ſecūda vxore non ſuccededāt in feudis. An ipſi ꝯtrahētes potuerūt poſtea mutare voluntatez z ꝑ contrariū pactū paciſci ꝙ ſuccedāt vna cum liberis primi matrimoniū. Ja. alua. in preall. c. ſi filiū. determinat ꝙ ſic allegat not. in. c. ſi facta. in glo. j. in titu. ſi de feu. defunc. fue. contro. allegat etiā. l. ſi pro patre. §. verſum. ff. de in rem verſo.

6 Et hoc eſt bñ notāduz. ¶ † Quero vlterius nūqd ceſſante cōſuetudine de qua ſ. poſſit pater ꝓuidere aliquo modo qd filiū naſcituri ex ſecūdo mrimonio non ſuccedāt cū liberis primi matrimoniū. Et iſta queſtio ſepe contingit quando liberi primi mrimoniū ſunt nati ex nobili. aliū vero ſunt nati ex ſcda vxore ignobili. Cōcludite ꝙ in antiquo feudo non poſſet pater ꝓuidere in preiudiciū filiorum etiam naſciturorum. quoniam omnes tam primi ꝙ ſecundi matrimoniū ſuccedāt equaliter. Nec valeret ꝓuiſio paterna in contrariū. c. j. §. z qꝛ vidimꝰ. in ti. qui feu. da. poſ. z in. c. j. i principio. in titulo de ſucceſ. feudi. z in. c. primo. in titu. de grad. ſucceſſio. in feud. z in. c. j. i titu. de natu. ſuc. feu. In aliūs autem bonis allodialibus poſſet pater emācipare liberos primi matrimoniū z eis dare omnia bona ſua ſalua tantum legitima filiorum ſecundi matrimoniū. vt habet in. l. j. z. ij. z in. l. ſi totus. z in. l. ſi liqueat. C. de inoffi. dona. z ita expreſſe determinat Jaco. aluaro. in preallega. c. ſi filiū. in titu. ſi de feu. defun. fue. contro. verſic. feudorum.

¶ FINIS.

¶ Explicit tractatus feudorū magnifici iuris vtriuſqꝫ monarche et comitis domi. Jacobini de ſancto Georgio ciuis Thaurinēſis nūc lucidatꝰ: ſūmariiſqꝫ digniſſimis auctus.

O

# ¶ Incipit aureꝰ ⁊ in practica perutilis totus et ſingularis Tractatus de homagijs per clariſſimū monarcham do. Jacobinum de ſancto Georgio iuris vtriuſqꝫ doctorem ac interpretem conſumatiſſimū in Thaurinenſi gymnaſio editus: Sūmarijs pro ſicut nunc ⁊ primum ſaginatus.

## ¶ Summaria.

1 ¶ Homagium quid dicatur et in quo iure de eo agatur.
2 Homagium quotuplex ſit.
3 Homagiū qd̄ feudi rōne datur duplex eſt.
4 Homagium ligiū ⁊ non ligium quid ſit.
5 In p̄ſtatiōe homagij ligij q̄ excipiantur.
6 Homagij ligij effectus quotuplex ſit.
7 Hō alterius an poſſit quis effici aliter q̄ per pactum aut ſtipulationem.
8 Homo alicuius an poſſit quis effici per pactum ſolum aut ſtipulationē.
9 Filius hominis mei an ſit homo meus.
10 Filius hominis mei quibꝰ caſibus efficiatur meus.
11 Filius an p̄ homagium patris efficiatur homo alicuius.
12 Recognoſcens ſe hominem alicuius an preiudicet filijs.
13 Perſona eccleſiaſtica an poſſit ſe facere hominem alterius.
14 Prelatum eccleſie p̄ bonis feudalibus ſubijci iuriſditioni dn̄i temporalis qualiter ſit intelligendum.
15 Homagium qualiter ſit preſtandum.
16 Homagiū qualr̄ p̄bet ur. ⁊ nu. 19.
17 Re p̄ qua apparet homagiū fuiſſe p̄ſtitum ad aliquem peruenta an ille tenebitur ad homagium preſtandum.
18 In materia p̄ſcriptionis an ſemper neceſſario ſit bona fides preſtanda.
20 Ad p̄bādū hoīem eſſe ſuū q̄ requirant̄.
21 Homagiū p̄bat̄ p̄feſſione ſeu cōfeſſiōe.
22 Homagiū p̄ſtare an ſit ſpēs ſeruitutis.
23 Homagiū p̄bat̄ rōne originis paterne: et ratiōe mr̄imonij. item ſucceſſione: itē aditione hereditatis.
24 Dn̄o dicēte talē eſſe hoīem ſuum: hoīe aūt p̄tēdēte libertatē cui icūbat p̄batio.
25 Hō alicuius ſi ab alio inuitus detineat̄ an poſſit deſinere eſſe illius.
26 Homo alicuiꝰ ad quid illi teneat̄.
27 Vaſallus qualiter contra dominū concipiet libellum.
28 Subditus an et in quibꝰ caſibꝰ poſſit accuſare dn̄m ſuū de crimine.
29 Subditus an teneatur alimētare dn̄m ſuum in caſu neceſſitatis.
30 Subditus an teneatur iuuare dominū ſuum contra inimicos.
31 Seruitia p̄ſonalia dn̄o debita an conuerti poſſint in ſubſidiū pecuniariū.
32 Hō ⁊ ſubditꝰ alteriꝰ an teneat̄ illi p̄ſtare ſacramētum fidelitatis.
33 Dn̄i terrarū an holbus ⁊ ſubditis ſuis poſſint imponere collectas aut tallias.
34 Jus collectandi an conſuetudine queratur an preſcriptione.
35 Principes an a ſuis ſubditꝫ poſſint collectas ſeu tallias exigere.
36 Princeps an poſſit hominibus vaſallorum ſuorum imponere collectā.
37 Solutio cēſus eſt ſubiectiōis p̄batio.
38 Immunitas alicui de cōitate conceſſa de non ſoluēdo collectā an ceteris p̄iudicare debeat.
39 Nobiles an p̄ bonis q̄ poſſidēt debeant ſubire onera patrimonialia ſeu onera collectarū q̄ imponunt̄ in illo loco.
40 Priuilegiū minꝰ nocituum an ⁊ quādo poſſit reuocari.
41 Nobiles teneri ad contributionē collectarum qualiter intelligatur.
42 Conſuetudo dat priuilegiū.
43 Dn̄i terrarum an poſſint cogere ſubditos ſuos ad cuſtodiā alicuius caſtri.

1 Circa iſtam materiā homagiorū p̄ est etiā ſciēdum q̄ de iſto v̄bo homagiū non habemus aliquē textū expreſſuꝫ de iure ciuili neqꝫ etiā in libello feudoꝝ preterq̄ in duobus capitulis q̄ ſunt in tit. de capitulis extraordinarijs. qui titulꝰ ordinario nō habet̄ in libello feudoꝝ. ſed illa duo capitula reperio allegata p̄ Jac. de ardizo. veroneū. in ſua laudabili ſumma feudorum. Et lꝫ dicant q̄ illa duo capitula ſunt apocriſe. tn̄ optima rōne fundata ſunt ⁊ eorū verba formalia recenſuit Bal. in ſuo conſilio. clix. inci. in xp̄i noīe. ¶ Queritur primo ſi iure aūt canonico habemus text. expreſſos de iſto v̄bo homagium. in. c. ex diligenti. extra de ſimo. ⁊ in. c. fi. extra de reg. iur. in antiqs ⁊ in. c. grandi. in v̄bo homagiū. ex-
2 tra de ſuppl. negli. p̄la. libr. vj. ¶ † Nūc videdū eſt quotuplex eſt homagiū. Circa q̄ debetis ſcire q̄ aliquando homagium p̄ſtatur ratione feudi. Aliquando rōne rerum non feudalium. Aliquādo ratione ſolius p̄ſone ⁊ tūc dicit̄ homagium q̄dam ſeruitus in p̄ſonam conſtituta. quoddā homagiū moribus ⁊ cōſuetudine eſt introductū vt patebit ex. j. di-
3 cēs. ¶ † Circa primum homagiū qn̄ p̄ſtatur ratione feudi. Sciēdum eſt q̄ tale homagiū eſt duplex. quoddam eſt homagiū ligium. quoddā nō ligiū. Homagiū ligiū eſt illud qd̄ p̄ſtat̄ impatori vel regi nulliꝰ alterius p̄ſone fidelitate reſeruata. Homagiū nō ligiū eſt illud qd̄ p̄ſtatur alijs reſeruata fidelitate imperatoris vel regis. c. imperialē. §. fi. in tit. de p̄hi. alie. feu. p̄ Fed. Et ita determinat Spec. in. c. j. de feudis. §. qm̄ ſup homagijs. v̄. ⁊ not. Joan. blanch. in ſuo eleganti tractatu de feu. ⁊ homagijs. circa
4 hoc ſic inquit. † Homagiū aliqñ dicit̄ ligiū aliqñ nō ligiū. Ligiū dicit̄ quaſi ligalitatem fidelitatē gerēs. Nam homo ſeu vaſallus ligius aduerſus oēs dꝫ gerere fidelitatem longius erga dominū ſuū ligiū. Homagiū nō ligiū eſt qn̄ in p̄ſtatione homagij aliqs excipit̄ puta q̄ dico ego p̄ſto tibi homagiū ⁊ fidelitatē excepto tali dn̄o meo ligio ꝯtra quē nolo tibi teneri ſeruire. vel dico hoc nō p̄ſto tibi homagium ⁊ fidelitatē excepto q̄ volo aliquē quē eligam conſtituere dominum meum ligiū vel in p̄ſtatione homagij ego excipio talem nobilem cō-
5 tra quē nolo obligari tibi ſeruire. † In p̄ſtatione aūt homagij ligij nullus aliꝰ excipitur quantum ad verba ſed quantum ad mētem ⁊ intellectum intelligātur excepti habentes generalem ⁊ ſupremam iuriſdictionem. d. c. imperialē. §. fin. Iſta ſunt v̄ba p̄fati docto. ſꝫ magis placet opinio ſpe. Et lꝫ multi dicāt q̄ tunc dicit̄ homagiū ligiū qn̄ vaſallus ponit manus inter manus dn̄i ⁊ p̄ſtat ſibi homagiū ⁊ ab eo recipitur ad oſculum: tn̄ hoc non eſt verum ſ̄m Baldum in p̄allega. ſuo conſilio. clix. Iſta tamen forma preſtationis homagij ſcilicet q̄ iungātur manus inter manus domini eſt aliquali rōne fundata q̄ manus ſignificat poteſtatem. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. ⁊ iure ⁊ ſignificat arbitriuꝫ. l. pe. ff. de arbi. Et porrectio manꝰ dextre ſignificat ſoliditatem ⁊ firmitatē vt notatur inſti. de v̄b. obliga. in princ. ⁊ dicit ſpec. in. d. §. qm̄ ſup homagijs. v̄. ⁊ no. q̄ in Italia dicit̄ vaſalligiū. in frācia dicit̄ homagiū. poſtea ſubijcit hec v̄ba. Nos v̄o p̄uinciales nobiles feudatarios a nobis feuda tenētes appellamꝰ vaſallos ⁊ feudatarios. plebeos v̄o ho-
6 mines noſtros appellamus. ¶ † Et aduertite q̄ huiꝰ homagij ligij multiplex eſt effectꝰ. ¶ Primus effectus eſt q̄ nō pōt quis eſſe homo ligius duorum dominorum. Ita vult gloſſ. no. cōmuniter approbata in clemē. paſtoralis. §. deniqꝫ. in ver. homoqꝫ ligius. extra de iudi. Et probatur exp̄ſſe p̄ text. in. c. ſi quis inueſtitus. cum. c. ſeq. in titu. de capit. extraordi. ⁊ ita vult Bald. in. c. certum. extra de iud. Homo autem non ligius bn̄ poteſt eſſe duorum dominorum. d. c. grādi. vbi probatur exp̄ſſe. ⁊ ita vult Jo. rey. in. d. c. imperialē. §. fi. in. ij. charta. ¶ Secundus effectus eſt q̄ quando p̄ſtitum eſt homagium ligium non eſt amplius locus penitētie. l. eſt receptū. ff. de iuriſdi. omni. iud. quā. l. ad hoc allegat Bald. in. d. conſil. clix. Idē vult ipſe Bal. in. d. c. ceterū. extra de iudi. ¶ Tertius effectus eſt quia lꝫ vaſallus non ligius poſſit renūtiare feudo inuito domino. c. j. in titulo. de vaſal. qui contra conſtit. lota. ⁊ dixi vobis in tractatu feudorum ver. refutauit tamen illi qui preſtitit homagium ligium ſeu fidelitatē ligiam pro feudo non poteſt inuito domino renuntiare feudo quia talis contractus habet vim. l. penul. C. de dona. inter virū vxo. ⁊. l. ceſar. ff. de pub. Ita

ſing.determinat Bal.in conſi.prealleg.
circa vltimã coll̃.quod ſemper notetis.
¶ Quartus effectus eſt q2 quãdo vaſal-
lus p̃ſtitit homagium ligium ſeu fide-
litatem ligiam alicui domino p aliquo
feudo neq̃ illa bona feudalia ſunt obli-
gata ipſi domino imo reliqua oĩa bona
que habet ipſe vaſallus ligius ſunt ſub
iuriſdictione illius domini cui eſt p̃ſtita
fidelitas ligia quia poſſunt obligare p-
ſonam ſuam ⁊ in conſequentiam obli-
gant omnia bona ſua intellige ſane niſi
teneantur in feudum ab alio dño.ſecus
eſt qñ p̃ſtat homagiũ nõ ligiũ p feudo.
Ita elegant̃ determinat Specu.in.d.§.
quoniã ſup homagiis.verſic.xvij.q̃ro.
¶ Quint⁹ effectus eſt q2 ille qui p̃ſtitit
homagiũ ligiũ ſeu fidelitatẽ ligiam ali-
cui domino nõ põt in caſu mote guer-
re dicere domio ſuo priori.domine vos
iniuſte bellaſtis ⁊ cõtẽditis cum alio ta
li domino meo:⁊ id non debeo vos iu-
uare contra eũ.Poterit enim dominus 8
replicare.Amice qui non eſt mecũ con
tra me eſt.l.celicolarum.C.de iude.Se
cus eſt in vaſallo nõ ligio q2 aliquãdo
licitũ eſt ſibi dicere dño ſuo q nõ tenet̃
eum adiuuare q2 bellum eſt iniuſtum
ſm tamẽ diſtinctionẽ quã facit text.no.
in.c.dño guerrã faciẽte.in titu.hic fini-
tur lex.⁊ incip.conſue.reg.Ita vt.s.de-
cidit Bal.ſub dubio tamẽ forte in cõſi.
p̃allega.vbi omnino videat.Addite ad
promiſſa vnũ qd voluit no.Pet.Ja.in ti.
diſtinctionis feu.ſua diſtinctione deci-
ma vbi dicit q q̃uis ratione rei feu.p̃- 9
ſtatur homagiũ ligiũ vel non ligium tñ
ppter hoc nõ alterat̃ natura feudi ſe re
manet in ſua virtute quo ad alienatio
nem ⁊ quo ad exhibẽda ſeruitia ⁊ quo
ad alia q̃ concernunt contractum feu-
di quod dictum eſt bñ menti tenẽdum.
7 ¶ † Aliquãdo vo fit homagiũ alia rõ-
ne q̃ rõne feudi.Et circa hoc primo q̃-
ro vtrum quis p pactũ vel ſtipulationẽ
poſſit ſe facere hominẽ meũ.Cõcludite
q ex mẽte Spe.in ti.de feu.§.quoniam
ſup homagiis.verſicul.quinto queritur.
Et hoc idẽ voluit Joan.rey.in.c.impe-
rialẽ.§.fin.in antepe.char.in v.q̃ro vl
timus quid eſt q in titu.de alie.feud.p

Fed.allegat.l.j.§.j.⁊.l.iuriſgentium.§.
p̃tor.ait.ff.de pac.⁊ eſt text.ad literam
in.d.c.grãdi.in v.ex pacto.extra de ſup
ple.negli.p̃la.libr.vj.Nam per ſtipula-
tionẽ quis põt aggrauare intentionem
ſuã.l.cũ ſane.C.de an.⁊ cẽſi.libr.xj.Itẽ
põt effici q̃s religioſus.c.oẽs femine.
xxiij.q.ij.⁊ extra de regula.p totum q̃
quidẽ religio eſt q̃dam ſeruitus.c.mul
tos.liiij.diſtin.Itẽ pactionibus q̃s põt
cõditionẽ ſuam aggrauare.§.pe.inſtit.
de iure p̃ſo.Idẽ eſſet in ſnia per quam
quis pronuntiaretur eſſe homo meus.
Nam talis ſentẽtia facit ius inter par-
tes.c.cũ inter.extra de re iudi.⁊ habet
pro vitate.l.res iudicata.ff.de re iudi.
Nã iudiciis dicemur quaſi cõtrahere
l.iij.§.idẽ ſcribit.ff.de pec.multomagis
dz fieri homagium p exp̃ſſum factum
facit.l.ſi quos ſpontaneos.C.de decur.
libr.x.lz ergo homagium inuctur rõni-
bus iuris tñ morib⁹ ⁊ cõſuetudine eſt
introductum.† Cõcludamus ergo q p
pactũ exp̃ſſum vel ſtipulationẽ q̃s põt
ſe facere hoiem meũ.⁊ ita vult Alb.de
roſa.in.l.ſi.ad ſi.cõmẽ.C.de pac.qui fil.
diſtra.Et ita teneatis licet Bal.in.l.ſi.
C.de tranſac.teneat cõtrarium.Et q ſi
dubitat̃ an ſis homo meus.Ego enim
dico te eſſe hominẽ meũ.tu aũt hoc ne-
gas ⁊ per tranſactionẽ do tibi decẽ vt
remaneas homo meus talis tranſactio
vz ſz ſi certũ eẽt eſſe hominẽ liberũ nõ
poſſes te facere hoiem meũ.Sz vos te
nebitis queſtionem p̃cedentẽ maxime
p text.in.c.grandi.¶ † Secundo quero
vtrũ filius hominis mei ſit homo me⁹.
Marti.de fano.i ſuo tractatu de homa-
giis diſtinguit hoc modo.Aut ille fili⁹
fuit conceptus ⁊ nat⁹ añq̃ pater eius
faceret mihi homagium ⁊ tunc non eſt
homo meus.l.j.⁊.ij.C.de lib.⁊ eo.liber.
Aut ille filius fuit conceptus ⁊ natus
poſtq̃ pater ſuus fecit mihi homagiũ
⁊ tunc erit homo meus q2 ſequitur for-
tunã patris:ſcd̃m tñ ius eſſet aliter di-
ſtinguẽdũ.Aut ille filius eſt natus
matre libera ⁊ tunc nõ erit homo meus
l.ſi.C.de agri.⁊ cẽſi.⁊.c.fin.extra de ſer-
uis non ordi.Aut eſt natus ex matre q̃
eſt femina tua q̃ tenet̃ tibi ad homagiũ



⁊ tunc iura potius fauent mihi q̃ ſum
dñs patris quam tibi.l.ne diutius.C.
de agri.⁊ cẽſi.libr.xj.vt tñ habeatis ple
niorem declarationẽ in iſto paſſu facite
10 vobis quinq3 caſus.¶ † Primus caſus
eſt qñ aliquis fecit mihi homagium in
emendam alicuius iniurie.puta q2 im-
pingit ſibi q occidit patrẽ meũ ⁊ i emẽ
dam iſtius iniurie conſtituit ſe hominẽ
meũ ⁊ hoc caſu filius eius non erit ho
mo meus q2 delictũ patris non debet
nocere filio toto titulo.C.ne fil.p patre
⁊ pena dz tenere ſuos authores.l.ſan-
cim⁹.C.de pe.⁊.c.q̃ ſunt.extra de his q̃
fiunt a ma.par.cap.Si enim ppter de-
lictum patris filius non debet pdere
bona cum ſit ſpeciale in caſu.l.quiſq̃s.
C.ad.l.iul.maie.vbi filius portat iniqui-
tatẽ patris multominus debet pdere
ſtatum ⁊ dignitatem ſuã.§.ſi.in aut.vt
nulli iudi.¶ Secundus caſus eſt quan
do non ſolum in emendam iniurie fecit
ſe hominem meum ſed etiã ſubiecit mi
hi bona ſua quo caſu videt̃ ea mihi tra-
didiſſe ⁊ in meo dño tranſtuliſſe ⁊ iterũ
poſtea recepiſſe a me in feudũ vel em-
phiteoſim.l.q̃ſq̃s.C.de donatio.Et hoc
caſu ſi velit abſtinere ab illis bonis nõ
tenebitur ipſe filius mihi preſtare ho-
magiũ ſed ſi agnoſcat illa bona tenebi-
tur mihi p̃ſtare homagium q2 illa bona
tranſeunt cũ ſuo onere.arg.l.via cõſti-
tui.§.ſi fundus.ff.de ſerui.ruſti.predio.
Nam ego vẽdicabo illa bona ratione
directi dominij ⁊ ſi ipſe excipiat q pa-
ter ſuus erat vtilis dñs.ego replicabo
q ſi velit habere illa bona debet ſup- 11
portare onus ad quod pater erat aſtri-
ctus:ſcz ad homagiũ.l.ij.C.ſine cẽſu vel
rel.¶ Terti⁹ caſus eſt qñ q̃s conſtituit
ſe hominẽ meũ ligium q2 dedi ſibi ali-
qua bona in feudũ vel in emphiteoſim
⁊ vt debeam eum defendere ⁊ tunc pſo
na principaliter aſtringitur ⁊ bona di-
cuntur interuenire gratia cuiuſdam re
munerationis.l.ſi remunerandi.ff.mã.
vñ q2 veriſimiliter ita voluit prouide-
re filijs ſuis ſicut ſibi.l.ſi pactum.ff.de 12
proba.Ideo filius mihi tenebit̃ ad ho-
magiũ quantuncũq3 velit refutare illa
bona.Nã queadmodũ poſſum prouide

re filio meo paciſcendo vel ſtipulando:
l.⁊ heredi.§.nos autem.⁊.§.iulianus.⁊
l.auus.ff.de pactis.ita poſſum ſibi pui
dere cõſtituendo me hominem alicui⁹
potentis.ita vt ego ⁊ filij mei ab eo de-
fendamur.Magnum eſt enim ius pa-
trie poteſtatis quia videmus q ppter
neceſſitatem famis pater põt vẽdere
filiũ.l.ij.C.de pac.qui fil.diſtra.Item pa
ter põt filium impuberẽ cõſtituere ſub
poteſtate tutorum.l.j.ff.de tutel.Itẽ po
teſt filiũ cõſtituere ſub dño ⁊ poteſtate
alicuius domini vt defendãtur ab eo.
¶ Quartus eſt caſus quando aliquis
conſtituit ſe hoiem meum cũ iſta dictio
ne dumtaxat:vel cũ iſta dictione ſolũ.
⁊ iſto caſu filius eius non tenetur mihi
preſtare homagiũ q2 iſte dictiones ta-
xatiue ſunt excluſiue ceterorũ.Ad hoc
allego vobis pulchrũ tex.in.l.non ſolũ.
§.tale.ff.de lib.lega.habetur in.l.qui in
futurũ.§.ſi ex altera.⁊ in.l.iuriſgẽtium.
§.pactorũ.ff.de pac.Et ita expreſſe de-
terminat Jo.rey.lz nõ alleget predicta
iura in.d.c.imperialẽ.§.fina.in antepe.
charta in ver.quero vidimus.¶ Quin
tus eſt caſus qñ quidẽ ſimplr̃ cõſtituit
ſe dominum meum ligiũ nihilo ſibi da
to ⁊ tunc ſi non liquet nobis de cauſa
quare factũ fuit illud homagiũ q2 nul-
la cã fuit exp̃ſſa in dubio p̃ſumit̃ ita fe-
ciſſe vt defendat̃ a dño ſuo vt ſic ei⁹ li-
beri ſint aſtricti ad homagiũ vt etiã ipſi
defendãtur ab ipſo dño ⁊ vt res potius
valeat q̃ pereat.l.quoties.ff.de reb.du.
⁊.c.inter dilectos.§.ceterum.extra de
ſi.inſtru.¶ † Addite q Bal.in.l.j.C.de
pac.qui fil.diſtra.dicat q p homagium
patris filius nõ fit homo alicuius.Sz
ne iſtud dictum obſtet his q̃ dixi in di-
ſtinctiõe p̃dicta dicatis q dictũ Bald.
debet intelligi quando homagiuz prin
cipaliter fieret ratione bonorum ſeu
ratione feudi:⁊ hoc eſt q ſubijcit ipſe
Bald.in.d.l.j.dum ſubijcit hoc eſſe ve-
rum niſi filius poſſideat rem ratione
cuius debetur homagium quia tunc
bene tenetur illud preſtare.† Addite
etiam quod diſtinctio p̃dicta procedit
quando quis per pactum vel ſtipula-
tionem conſtituit ſe hominem alterius

alioqȝhin licet pater ſimplicit̄ recogno-
ſceret ſe hoīem alterius:talis recogni-
tio non noceret eius filijs niſi ſimilem
fecerēt recognitionem.⁊ ita vult Bald.
⁊ oēs ſequūtur in.l.trāſactione matris.
C.de tranſac. Jllud eſt clarū ꝙ ſimplici
offenſione ſeu voluntate quis nō pōt ſe
facere hoīem alterius:iſta ſunt verba
13 Bal.i.l.liberos.C.de libe.cau. ¶ † Que
ro ſcdo nunqd ꝑſona eccleſiaſtica poſſit
ſe facere hominē alterius.Concludite
ꝙ nō niſi forte hoc faceret rōne alicuiꝰ
feudi:quo caſu ſubmittit̄ illa ꝑſona ec-
cleſiaſtica iuriſditioni dñi temporalis:a
quo recepit in feudationē.c.ex trāſmiſ
ſa.⁊.c.verum.extra de fo.cōpe. ¶ Non
obſt.ſi dicat̄ ꝙ imo princeps ſecularis
videt̄ habere fundatā intētionē de iu-
re cōi in rebus tēporalibus ab eccleſia
poſſeſſis.⁊ hi q̄ hāc opinionē tenēt ad-
ducūt tex.in.c.veniēs.in princip.extra
de accuſa.vbi tex.dicit ꝙ ille eps̄ incul
pabit̄:eo qꝛ cōtra priuilegia ſue eccl̄ie
ꝓſtiterit homagiū ⁊ fidelitatē duci boe
mie.ergo innuit illa litera ꝙ ceſſantibꝰ
priuilegijs ille eps̄ tenebat̄ ꝓſtare ho-
magiū ⁊ fidelitatē alij duci.ſȝ do.Pan.
ibi intelligit illū tex.ꝓcedere qñ aliqua
bona tp̄alia fuiſſent conceſſa in feudum
ꝑ illū ducē ſeu ſuos anteceſſores illi ec
cleſie:alioquin ſi ſimpliciter ipſa bona
temporalia fuiſſent conceſſa ipſi eccle-
ſie non poſſet princeps ſecularis ꝓ ta-
libus bonis exigere fidelitatem ſeu ho
magium a prelato illius ecccleſie per
no.in.c.ſolite.extra de maio.⁊ obe.⁊ in
14 c.nimis.extra de iureiuran. ¶ † Quod
dixi ſupra ꝓlatum eccl̄ie pro bonis feu
dalibus ſubijci iuriſdictioni dñi tēpora
lis intelligatis procedere in ꝑtinētibꝰ
ad naturam feudi ⁊ qñ agentur mere
ciuiliter ad amiſſionē feudi. Ceterū ſi
ageret̄ criminaliter de crimine vel etiā
ciuilit̄ de ipſo crimine ad effectū amiſ-
ſionis feudi tunc cognitio nō ſpectaret
ad dominum temporalem ſed ad ſupe-
riorem eccleſiaſticum illius prelati:⁊ la-
ta ſnia condēnatoria contra ipſum pre-
latum ſub ipſo crimine digno priuatio-
ne feudi tūc dñs temporalis poterit au
ferre feudum ipſi prelato.ita not.vult

do.Panor.ex mēte Innocē.in loco pre-
allegato.c.verum.circa.vij.vel.viij.col.
in ꝟſicu.quero quam intentionem ⁊c.
15 ¶ † Tertio quero qualiter ꝓſtetur ho-
magium.Dicite ꝙ in hoc non pōt dare
certa regula:quia talis ꝓſtatio homa-
giū variatur ſm̄ varias conſuetudines:
qñqȝ enim ꝓſtatur genibus flexis:qñqȝ
caputio eleuato:quādoqȝ manibꝰ iun-
ctis intra manus domini:quādoqȝ de-
poſito corrigo.In hoc ergo attendatis
liberti nõ in totũ ſed ſolũ quo ad legiti
mam portionem ipſi paterno debitam
text.habetis in.l.j.C.de bo.poſ.cõtrata-
bu.liber.q̃ dat̃ paterno et eius liber.et
ibi Bal.ita colligit ſec⁹ tñ eſt in bonorũ
poſſeſſione contratabu.que datur filio
preterito contra teſtamentũ patris qui
extraneum ſcripſit heredem q̃ tunc re
ſcinditur teſtamentum in totum.l.ſi cũ
duobus.§.cum emancipatus.ff.de bo.
poſ.cõtrata.¶His ſic premiſſis pro de-
ciſione queſtionis principaliter forma-
te dicite ꝙ in p̃mis debetis aduertere
ad cõſuetudinẽ vel ſtatutum.nam ſi diſ-
ponit ꝙ niſi homo teſtando relinquat
tertiam partem bonorum dño ꝙ teſta-
mentũ fit nullũ vt ſeruatur in pleriſq̃
locis tũc ſeruabitis illã ꝯſuetudinẽ vel
ſtatutũ.Si vero ſtatutum vel conſuetu-
do diſponat ſimpliciter ꝙ homo teſtan
do teneat̃ relinquere tertiam partem
domino et nihil vltra diſponat:tunc ſi
homo in teſtamento ſuo relinquat do-
mino minus tertia dicerez ꝙ dominus
debet agere cõditione ex teſtamẽto vel
cõditione ex moribus ad ſupplementũ
illius per.d.§.ſed noſtra.et p.l.omnino.
C.de inoffi.teſta.Si vero homo nihil re
linquat dño in teſtamento imo preter-
ea cũ ego vidi in multis locis nobiliũ
ſeruari ꝙ eo caſu teſtamentũ nihil va-
let tñ in ſtricta ratione putarem ꝙ dñs
poſſet cõtratabulare illud teſtamẽtum
ſed tñ nõ reſcindit̃ teſtamentũ in totum
ſed ſolũ quo ad illam tertiam debitã do
mino arg.d.l.j.C.de bo.poſ.contratabu.
26 liber.q̃ da.patro.et eius liber.¶†Du-
bitat̃ vlterius de tali.q.preſuppoſito ꝙ
dñs terre habeat ſucceſſionẽ in omni-
bus bonis hois ſui defuncti qñ morit̃
inteſtatus et qñ teſtando nõ relinquit
tertiam dño quid ſi in teſtamento dicat
ſic:ego relinquo domino meo id q̃d de-
bet habere de iure.an hoc ſufficiat.Vi-
detur prima facie dicendum ꝙ nõ quia
de iure dominus nõ habet ſucceſſionez
ꝙ̃uis homo ſuus decedat ſine deſcẽdẽ-
tibus ſed habet eam ex conſuetudine
vel ſtatuto ergo videt̃ ꝙ nõ ſufficiat re-
linquere modo quo.s̃.vos determina-
bitis cõtrarium per ea que vult.d.Pa-
nor.in rub.extra de cõſue.vbi dicit ꝙ ſi
electi ſint arbitri per partes ea.l.ꝙ de-
beant ꝓnuntiare ſm iura poterant ipſi
arbitri ꝓnuntiare ſm ſtatuta ⁊ conſue-
tudines loci quia conſuetudo dicit̃ ius
non ſcriptũ.l.de quib⁹.ff.de legi.⁊.§.ex
nõ ſcripto.inſti.de iure na.Jtẽ iura mã-
dant ꝙ iudices debeãt iudicare ſm ſta
tuta ⁊ conſuetudines loci.c.cum veniſ-
ſent.extra de eo qui mit.in poſſ.cã re-
ſeruãde.Jtẽ adducit̃ text.in.c.j.extra vt
lite pendẽ.vbi ꝓbat̃ ꝙ illud dicitur no
bis cõpetẽs de iure quod ꝯpetit nobis
aliquo iure ſpeciali.Adiuuando ſenten
tiam.d.Panor.Adduco vobis.gloſ.ord.
quam ipſe non allegat in proemio cle-
mentinarum in verſicu.iuris.vbi gloſ.
dicit ꝙ appellatione iuris comprehen-
ditur ius humanum.ius poſitiuum.ius
ciuile.ius canonicum.⁊ ius municipa-
le:quam gl.ſemper tenebitis menti:hec
ſententia corroboratur quia reipubli-
ce intereſt teſtamenta ſuſtineri et non
euerti.glo.eſt valde no.in.l.gallus.in.§.
ꝙ ſi is qui.in verſicul.vtilitatem.ff.de
lib.et poſthu.Et in teſtamentis faci-
mus largam interpretationem.l.in te-
ſtamentis.ff.de regu.iur.⁊.c.cum dile-
cti.in fine.extra de dona.Cum ergo ſub
illis verbis de iure que ſunt apposita
in teſtamento hominis mei comprehen
di poſſit cõſuetudo ⁊ etiam ſtatutũ di-
cendũ eſt dictũ teſtamentũ eſſe validũ.
27 ¶†Sed ponam⁹ pater ſibi fecit teſta-
mentũ ⁊ filiũ ſuũ impuberẽ inſtituit he
redẽ ⁊ dedit ſibi pupillarem ſubſtitutũ

moꝛtuo patre moꝛitur filius impubes ſubſtitutus aſpirat ad bona ex ſubſtitu-tiõe pupillari dñs terre erat impubes ꝙ debet ſuccedere perinde ac ſi impu-bes deceſſiſſet ab inteſtato. Concludite ꝙ dominus excluditur quia ſubſtitutio pupillaris dicitur etiam teſtamentum filij. l. patris ⁊ filij. ff. de vulgar. ⁊ pupil. et ita ſemel cõſului vni ex dominis cla-vaſane et plures alij famoſiſſimi doc. ſe ſubſcripſerunt. ¶ Quid de tali caſu eſt cõſuetudo vel ſtatutum in loco ꝙ ſi fra-ter ſit diuiſus a fratre vel ſoroꝛe et mo-riat̃ ſine liberis ꝙ dominus ſuccedat ei excluſo fratre vel ſoroꝛe. Modo contin-git ꝙ pater habẽs filiũ et filiaꝫ inſtituit filiũ maſculũ heredẽ vniuerſalẽ: filiã au-tẽ inſtituit in certa q̃titate ⁊ iuſſit eã eſ-ſe tacitã ⁊ cõtentã ita ꝙ amplius nihil petere poſſit ⁊ illam q̃titatem accepta-uit erat adhuc tamẽ in domo cum fra-tre. moꝛitur frater ſine liberis domin⁹ cõtendit ſe debere ſuccedere. Soroꝛ ve-ro pretendit ſucceſſionem ad ſe ſpecta-re tanq̃ non ſit diuiſa a fratre. queritur quid iuris. Ego ſepe conſului ꝙ intelli-gitur eſſe diuiſa ex quo amplius nõ ha-bet communionem in bonis cum fra-tre per ea que habentur in. l. fin. et in. l.

A8 quoties. C. fami. hercil. ¶ † Habẽt etiã domini terrarum aliquando ex ſtatuto vel conſuetudine tertiam venditionem ꝙ ſtatutum vel conſuetudo diſponit ꝙ de contractibus venditionuꝫ dominus habeat tertiam venditionem. Cõtingit ꝙ duo homines mei celebrarũt contra-ctum venditionis deinde ex interuallo receſſerunt ab illo vtrum dominus po-terit petere tertiam vẽditionem. videt̃ ꝙ q2 ius eſt queſitum tam ipſi domino. vnde licet cõtrahentes potuerũt in eo-rum preiudiciũ recedere ab illo cõtra-ctu tñ in p̃iudiciũ tertij cui ius tã que-ſitum erat nõ potuerunt recedere. ⁊ ita determinat Angel. in. l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pac. † vbi dicit ꝙ cõtrahẽtes nõ poſſunt recedere a cõtractu in pre-iudiciũ fiſci cui debebatur gabella vel laudemiũ ar. l. in inſulam. §. ſi. ⁊. l. ſi mu-lier diuerterit. ff. ſo. ma. Adde no. p Bal. ⁊ Saul. de ca. in. l. ab emptione. ff. de pact. ⁊ no. per Ange. ⁊ Jmol. in. l. acta. ff. de re iudi. et per Ang. in. §. quia vero cl. ſ. in auẽ. de nup. col. iiij. ⁊ p eundẽ Ang. in. l. petens. circa. iiij. col. de pact. Et per Cy. et Bald. in. d. l. ſi mulier diuerterit. ¶ Limitabitis tñ queſtionem predictã in ſi. poſt contractum venditionis cele-bratũ partis incõtinenti per pactum re-ſoluerũt ipſum cõtractũ venditionis q2 tunc dñs non poſſet petere tertiam vẽ-ditionem. ar. l. plerũq;. ff. de ri. nup. et di-cit eleganter Pau. de caſtr. in. d. §. adeo. ꝙ diceret̃ incontinenti reſoluere quan-do reſoluunt antequã deueniãt ad extra-neos actus. Ad hoc optime facit tex. cũ gl. in. l. duos reos. §. ſi. ff. de duo. reis vbi diceret̃ incõtinenti feciſſe iuxta ea que

30 habet̃ in. l. bonefidei. C. de pac. ¶ † Item dubitat̃ an preſuppoſita cõſuetudine ꝙ dñs terre debeat habere tertiam ven-ditionem ⁊ contingat fieri dationem in ſolutũ. An pro illa datione inſolutũ de-bebit habere tertiam venditionem. Vi-detur prima facie dicendum ꝙ ſic quia verbum venditionis eſt verbum gene-rale. l. ſtatulib. a ceteris. §. quintus. ff. de ſtatulibe. ⁊. l. ſicut. §. venditionis. ff. qui. mo. pig. vel hipo. ſol. Jn contrarium de-terminabitis authoꝛitate Spec. in titu. de empt. ⁊ vendi. §. nunc dicendum. ver.

31 ſicu. ſed pone ſtatutum † vbi dicit ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ ſi aliquis vendat bo-num extraneo p̃mioꝛ de parentela poſſit retractare illam venditionem of-ferẽdo pretium intra annũ tale ſtatutum non habebit locum in datione inſolutum. Mouetur primo ppter vocabulorum diuerſitateꝫ ar. l. ſi ideꝫ. C. de codicillis. Secundo mouetur quia in venditione debet interuenire pretium. §. pretium inſti. de emp. ⁊ vendi. ⁊. l. j. ff. de cõtrahen. emp. Tertio mouetur q2 ille qui dat in ſolutum: videtur hoc facere ex quadam neceſſitate allegat. l. rem legatam. ff. de

32 adimen. le. Addite ꝙ pro iſta parte fa-cit quia ſtatuta et conſuetudines ſunt ſtricti iuris: ⁊ ideo non debemus rece-dere a p̃pria ſignificatione verbozum. l. quicquid aſtringende. ff. de verbo. obli-ga. ⁊. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. geſt. ⁊ conſuetudo ſit ſtricti iuris not. in. l. de



quibus. ff. de lege. et in. c. fina. extra de offi. Archi. Sed an preſuppoſito ſtatuto vel cõſuetudine de qua ſupra loquente de tertia venditione ſi contingat fieri permutationẽ inter duos hoĩes meos de aliquibus rebus immobilib⁹ an de-beam habere tertiaꝫ venditionem. vide-tur ꝙ ſic per rationẽ quã dixi ſupra vi-detur ꝙ appellatione venditionis cõti-nent̃ etiã ceteri cõtractus. d. §. quintus. et. d. §. venditionis. no. eleganter in. l. ij. C. de vſuca. pro emp. Jtem permutatio eſt ſimilis venditioni. l. ſi. ff. qui ⁊ ex qui. cau. in poſ. ea. l. apud celſuꝫ. §. authoꝛis. ff. de excep. doli. Bal. in. l. ſi. i. ij. col. ff. de cõdi. ob cauſaꝫ. Cõcludit ꝙ ſi loquimur in ſtatutis penalibus et in odioſis tunc appellatione venditionis nõ cõpꝛehẽ-ditur pmutatio. Si vero loquimur in fauoꝛabilibus tunc bene compꝛehendi-tur ar. l. cum q̃ d. ff. de libe. ⁊ poſthu. Nõ ob. ſm eum. d. l. ſi. q2 loquitur in contra-ctu iam celebrato de quo poterat dubi-tari in quã ſpeciem cadat. Nos vero lo-quimur in cõtractu fiendo ⁊ de interp̃-tatione bonoꝛũ circa cõtractũ futurum vnde eum ſumus in materia ſtatuti vel cõſuetudinis diſponentis de tertia ven-ditione nõ debet extendi ad cõtractum permutationis. Quia vt dixi ſumus in materia in qua non debemus recedere a p̃pꝛia ſignificatione verboꝛum. Non obſtant ſupꝛa allegata in contrarium quia iura dicentia contractum permu-tationis aſſimilari contractui venditio-nis debent intelligi largo ſumpto voca-bulo et not. in. l. ij. C. de vſuca. p empto. loquuntur in vltima voluntate in qua facimus largam interpꝛetationem reli-qua iura loquuntur quando ageret̃ de materia fauoꝛabili. Concludendum eſt ergo dominum terre non debere habe-re talẽ cõmodum ex permutationibus.

35 ¶ † Sed ponamus ꝙ fiat permutatio ⁊ q2 vna res plus valet q̃ alia p equiua-lẽtia dat̃ etiã pecunia an hoc caſu dñs terre debebit habere commodum ter-tie venditionis. Concludite ꝙ in pri-mis debemus inſpicere animum con-trahentium. Si enim pꝛincipaliter in-tendunt permutare iudicabitur contra-ctus permutationis q̃uis acceſſoꝛie in-teruenat pecunia vt res reducantur ad equalitatem. l. ſemper in ſtipulationi-bus. ff. de regu. iur. Ad hoc adduco vo-bis Bartol. in. l. ariſto. ff. de dona. et Jo-an. andre. in. c. ad queſtiones. extra de re-rum permu. Si vero non conſtat vobis de animo contrahentium tunc recurri-mus ad coniecturas et ſi pretiuꝫ ſit ma-ioꝛ q̃ valoꝛ rei permutate iudicabitur contractus venditionis. Si vero valoꝛ rei permutate excedat pretium ſeu pe-cuniam que reficitur pꝛo equiualenti rerum tunc iudicabitur eſſe contractus permutationis ar. l. queritur. ff. de ſta. ho. et ar. c. quod in dubijs. extra de con-ſe. eccle. vel alta. facit regula inſpicim⁹. extra. de regu. iur. libꝛo. ſexto. Hec eſt di-ſtinctio domini Panoꝛmi. in dicto. c. ad queſtiones quod dicit eſſe notandum pꝛo ſtatutis loquentibus de gabella ſol-uenda de contractu venditionis et no-tetis bene diſtinctionem pꝛedictam q2 iſte caſus frequenter contingit in pꝛa-

34 ctica in terris nobilium. ¶ † Quid de diuiſione. an dominus terre debeat ha-bere tertiam venditionem. Concludi-te quod nõ adduco vobis not. ad hoc p Barto. in. l. ⁊ ideo. ff. de condi. fur. vbi q̃-rit de tali. q. Sũt duo emphiteotice eiuſ-dem rei et peruenerunt ad diuiſionem illius rei emphiteotice. An dominus debeat habere laudemium de quo fit mẽtio. in. l. ſi. C. de fu. emphi. ⁊ determi-nat ꝙ non per. l. voluntes. C de fideicõ. Nam quando emphiteota alienat in ex-traneum ideo pꝛohibetur q2 ille extra-neus non tenetur recognoſcere dominũ que ratio ceſſat quãdo emphiteota alie-nat fratri vel cõſoꝛti habenti cõmunio-nem in re. Adducit Bar. ad pꝛemiſſa. c. imperialem. §. preterea ducatus. in titu. de pꝛohi. alle. feu. p Fede. Allegat etiam l. fina. in ſi. C. de litigio. vbi licet res li-tigioſa pꝛohibeatur alienari tamen in-ter ſocios et coheredes poteſt aliena-ri et diuidi: allegat etiam. l. per diuer-ſas. §. exemplis. C. manda. vbi licet ceſ-ſio regulariter ſit pꝛohibita. tamẽ quã-do ſit inter ſocios et coheredes valet. Jtem alienatio que ſit per diuiſionem

eſt alienatio neceſſaria.l.alienationes.
ff.fami.herciſ.Concludite ergo ꝙ pro di-
uiſione dominus non debet habere ter-
35 tiam venditionem. ¶†Addo aliam.q.
quam vidi ſepe in practica.domin⁹ ha-
bet tertiam venditionē in terra ſua mo
do vnus ex hominibus ſuis vendit et
tradit alteri quoddam predium: dein-
de in craſtinum ipſi contrahentes va-
dunt ad notarium ⁊ iubent ei vt debeat
cancellare inſtrumentū illius cōtract⁹.
Notarius cancellat illud inſtrumētum
⁊ cōtractuꝫ de cōſenſu vtriuſqꝫ partis.
An hoc caſu domin⁹ poterit petere ter-
tiam venditionem.Concludite ꝙ ſic qꝛ
dicti contrahentes non poterunt can-
cellare nec facere cancellari dictum cō-
tractum in preiudiciuꝫ domini.Ad hoc
allego vobis Ange.et Jmo.in.l.acta.ff.
de rei iudi.vbi dicunt ꝙ ſi ſtatuto caue-
tur ꝙ de omni cōtractu ſoluatur gabel-
la ⁊ contractus fuit celebratus ⁊ publi-
catus coram partibus ⁊ poſtmodū ipſe
partes iubeant notario ꝙ cancellet il-
lud inſtrumentum et totum contractuꝫ
talis cancellatio non habebit preiudi-
care fiſco cui debet ſolui gabella:ita di-
cendum in propoſito faciūt optime no,
in.l.iuriſgē.§.adeo.ff.de pac. ¶Per pre
dicta infertur ad aliam.q.homo meus
alienauit quoddam predium alteri cum
pacto de retrouendendo vſqꝫ ad decem
annos vel in perpetuum q̄ quidem cō-
tractus valet.eſt tex.ad literam.in.l.ij.
C.de pac.inter empto.et vendi.Jn pro-
ceſſu temporis emptor retrouēdit ⁊ re-
tradit rem illi a quo emerat an de tali-
retrouenditione debeat ſolui tertia ven
di.Cōcludo ꝙ ſic p̄ no.per Bal.⁊ Ang.
in.l.ab emptione.ff.de pac.⁊ diſtinguite
vt ibi per eos. ¶Adhuc dubitatur ego
vendidi quoddam predium et tradidit
procuratori titij ⁊ de illo contractu do-
minus habuit tertiam vendiam. Mo-
do contingit ꝙ ille procurator cedit iu-
ra ⁊ actiones domino ſuo titio.Et ipſe
titius virtute illius ceſſionis apprehen
dit poſſeſſionem illius rei.An dominus
debebit habere aliam tertiam vendiā.
conludo quod non.Ad hoc allego vo-
bis no.per Bal.⁊ Sali.in.l.cum eos.C.

ſi q̄s alteri vel ſibi. ¶Adhuc formo vo-
bis aliam.q.homines ſcientes ſe teneri
ad tertiam vendiam pro contractibus
venditionum faciunt talem fraudem:
quando enim aliquis ex eis vult vende-
re domum ſuam in primis vendit regu-
las tigna ⁊ trabes domus.ita quod non
reſtat niſi fundus ⁊ hoc facit vt domin⁹
terre minus habeat de tertia vendia.
Quid erit hoc caſu.Pro pleniori deci-
ſiōe hui⁹.q.p̄mitto vobis ꝙ edificia do-
morū prohibētur alienari.non eſt ergo
licitū vēdere tigna et trabes domus ne
vrbs ſeu loc⁹ deformet.l.ſenatus.ff.de
contrahen.emptio.⁊ vendi.l.ſenatus.§.
cetera.⁊ ibi per Barto.Bald.⁊ omnes
ff.de lega.j.Non obſtat.l.ſi is cum quo.
ff.communi diui.quia ego reſpondeo ꝙ
licet iudex ibi iuſſerit dirui domus pro-
pter inobedientiam ⁊ contumaciā par-
tis:tamen ibi iniuſte fecit iudex vt eſt
de mente glo.ibi.⁊ ideo Bar.in.l.nam.
§.fi.ff.de leg.iij.dicit ꝙ male facit iudex
qui p̄pter cotumaciam vel inobedien-
tiam alicuius iubet diſcooperiri domū
eius vel dirui.Amplius dico vobis ꝙ
p̄pter publicū debitum non eſt licitum
capere edificia domorum vel hoſtia ſeu
ea que ſunt domibus affixa.ita volunt
Cy.Barto.Bald.⁊ omnes in.d.§.hom
ſenat⁹. ¶Ex premiſſis infero ꝙ domi-
nus terre qui habet in loco ſuo merum
mixtum imperium ⁊ omnimodam iuriſ
ditionem poſſet de iure facere ſtatutum
ſub pena ne quis audeat vendere tigna
trabes vel oſtia domus vel tegulas ſeu
ea que ſunt domibus affixa per fa[illegible]
36 nem de qua.in.d.l.ſenatus. ¶†Premit-
to etiā vobis in hac materia ꝙ multis
modis committitur fraus.primo com-
mittitur de re ad rem.exemplum pa[illegible]
in.l.ſed iulianus.§.nutu.ff.ad mac[illegible]
in.l. quemadmodum. C.de agri.⁊ ce[illegible]
lib.xj. ¶Unde ſi ſtatutum prohibet [illegible]
pena extrahi frumentum extra te[illegible]
torium non licebit extrahere fa[illegible]
quia fieret fraus de re ad rem li[illegible]
mentū ⁊ farina ſint diuerſa.t.qu[illegible]
§.illō fortaſſe.ff.de leg.iij. ¶Secūdo fit
fraus de perſona ad perſonam exem-
plum patet in.l.ſi ſponſus.in princ.ff.de
dona.



dona.inter vir.⁊ vxo. in.l.hac edictali.
verſi.cum circumſcriptione.C.de ſecun.
nup. ¶Unde ſi ſtatuto cauetur qō ma-
gnates non poſſint acquirere poſſeſſio-
nes ⁊ aliquis magnas faciat in inſtru-
mento acquiſitionis ſcribi nomen famu
li ſui popularis erit fraus de p̄ſona ad
perſonam. ¶Tertio modo fit fraus de
contractu ad contractū.puta quia pro-
hibitus donare fingit ſe vēdere.l.ſi ſpō-
ſus.§.circa.ff.de dona.inter viruꝫ ⁊ vxo.
habetur in.l.qui teſtamētum.ff.de pro-
ba.nota.in.l.codicillis.§.inſtituto. ff .de
lega.ij .Et hanc fraudem committunt
varijs modis ruſtici habitantes in ter-
ris dominorum habentium tertias vē-
ditiones.Aliquando enim inter eos ce-
lebratur contractus venditionis ⁊ em-
ptionis pro pretio de centum.Jta po-
namus ⁊ vt dominus terre habeat mi-
nus de tertia vēditione faciunt ſolum
ſcribi in inſtrumēto quod eſt ſolum pre-
tium de quinquaginta ⁊ in ſacris audiē
tijs cum quidam nobilis animo fraudā
di principem de ſuo laudemio feciſſet
ſcribi in inſtrumento venditionis qua-
rundam rerum feudalium quod pretiuꝫ
erat de quingentis florenis ⁊ in verita-
te erat de mille et quingentos dicebat
emptorē dictorum feudorum qui frau-
dem participauerat debere priuari illis
feudis vel ſaltem puniri in quadruplū.
Ad primum allegabam pulchrum text.
in.c.imperialem . § .callidis.in titul.de
prohi.alie.feu.per Federi.Ad ſecūdum
allegabam text.not.in.l.qui in contra-
ctibus.C.de iure fiſci.lib.x.Jtem aliquā
do committunt fraudem aliter quia cū
in veritate ſit contractus venditionis
faciunt ſcribi in inſtrumēto quod eſt cō
tractus donationis.Committunt etiam
fraudem aliter quia frater vel cōſangui
neus aliquando vendit fratri vel conſan
guineo aliqua bona et demum faciunt
ſcribi ꝙ ipſe frater vel conſanguineus
remiſit quietauit ⁊ refutauit alteri om-
nia bona tam paterna q̄ materna pro
certa quantitate pecunie ad fi.quod eui
tent ſolutionem tertie venditionis.Ta
lis enim fraus non debet ſuffragari eis
⁊ dicit eleganter Barto.in.l.per diuer-

ſas.C.mād.a.quod vbi fit commemora-
tio pretij ibi cenſetur eſſe contractus
venditionis per tex.ad hoc not.in.l.fin.
C.de decre.decu.lib.x.⁊ Bal.hoc refert
in.l.ij.C.ne lice.poten.quod dictum no-
tetis. ¶Quarto modo fit fraus de mo
do ad modum vtputa quia mulier que
prohibetur fideiubens pro alio conſti-
tuit ſe principalem debitorem.l.q̄uis.
§.ſi cū eſſent.ff.ad velle. ¶Quinto mo-
do fit fraus de nomine ad nomen:puta
quia ille qui prohibetur eſſe aſſeſſor fa-
cit ſe nominari defenſorē.l.fina.C.de aſ-
ſeſſo.vnde ſi ſtatuto cauetur quod vica-
rius ciuitatis non poſſit ſtare in officio
niſi per vnum annum vel duos ⁊ lapſo
anno vel biennio facit ſe refirmari ſub
alio nomine:puta ſub nomine defenſo-
ris vt dicit gl.de quodā domino Odo-
ne qui cum non poſſet eſſe poteſtas fe-
cit ſe refirmari ſub nomine defenſoris:
ita dicit gl.in.l.j.C.de priuileg.ſchola.li.
xij.Et de iſta fraude de nomine ad no-
men habetis tex.in.l.eum qui probabi-
leꝫ.C.de epi.⁊ cle. ¶Sexto fit fraus de
tempore ad tempus.Exemplum nota-
bile habetis in.l.ſi filie mee.ff.ſol.ma.et
ita fraus ſi aliquando procraſtinando vt
faciebat Albertus calui qui mutuabat
frumentum ruſtici tempore hubertatis
abundantie ⁊ nunq̄ faciebat eis verbū
vt redderent imo ſi offerebant ducebat
eos per procraſtinationes donec ſuper
ueniſſet cariſtia.Et de iſto Alberto calui
eſt gloſſ.in terminis.in.l.nulli.C.de ero
ga.mili . anno.libr.xij . ¶Septimo fit
fraus de quantitate ad quantitatem:
exemplum habetis in.l.ſi libertus mi-
norem.ff.de iurepat.Et hanc fraudem
ſepe committunt tabernarij.Nam ſi ſta
tuto cauetur quod tabernarius ſub cer
ta pena non audeat vendere folliculum
vini vltra ſex denarios ipſe fraudē com
mittendo addit duas caſtaneas cum fol
liculo vini ⁊ vendit pretio decem dena-
riorum.talis enim fraus non debet ſibi
ſuffragari quia illud ſuperadditum non
eſt dignum tanto pretio.Committitur
etiam fraus quandoqꝫ per officialem
qui fingit ſe dormire vel egrotare ad fi-
nem quod inimici irruant ad terram.et

de iſta loquitur glo.in.l.ſi quis a barba-
ris.C.de re mi.lib.xj.⁊ de iſtis fraudibꝰ
habetis gl.magi.in.c.plerique.xiiij.q.iij.
habetur per Bald.in.l.non dubium.C.
de.ll.Item ſubditi ⁊ homines duorum
faciunt aliam fraudem quia ſcientes ſe
teneri ad tertiam vendi.pro contractu
venditionis non faciunt concipi inſtru-
mentum in forma vẽditionis ſed faciũt
contractum pignoris ſed pignorãt rem
pro tanto q̃tum valet.Nã iſta eſt fraus
quia hoc caſu dicitur res alienata cum
non ſit ſpes luitionis:text.eſt valde not.
in.l.qui habebat.ff.de lega.iij.Et ita euz
allegat Bar.in.l.rem legatam.ff.de adi-
men.⁊ tranſ.leg.⁊ idem Barto.in.l.lega
ta.§.fin.ff.de ſupple.leg.⁊ Bald.in.l.vo-
luntas.C.de fidei.⁊ idem Bald.in.l.fin.
C.de reb.alie.non alie.dicit ꝙ in ſtatu-
tis odioſis et penalibus appellatione
alienationis non continetur pignus ni-
ſi res ſit pignorata pro tanto q̃tum va-
let allegat.l.qui habebat.⁊ idem Bald.
in.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.⁊ iur.di-
cit ꝙ ſi ego trado tibi rem cum pacto
ne exeat manus tuas ⁊ tu pignoras eaz
pro tanto q̃tum valet dicetur exiiſſe de
manibus tuis.Et Nic.de neapo.in.l.
37 qui habebat.†dicit quod ſi per ſtatutũ
prohibeantur forenſes acquirere pre-
dia non poterunt accipere predia pi-
gnori pro tanto quantum valent quia
tunc diceretur alienatio cum non ſit ve
riſimiliter ſpes luitionis.Et not.bene
predicta pro intellectu ⁊ declaratione.
d.l.qui habebat.¶Adhuc quero homo
meus vendidit proprietatem eiuſdem
predĳ alteri ⁊ vſuſfructꝰ erat apud quẽ
dam alium qui ſoluit mihi tertiam ven
ditionem pro illo contractu venditio-
nis:deinde vſuſfructus fuit conſolida-
tus proprietate vtrum pro illo vſufru-
ctu debeam habere nouum laudemium
ſeu nouam tertiam venditionem.Con-
cludite ꝙ non quia non eſt noua acqui-
ſitio.Ita dicit Bar.in.l.iiij.que incipit
38 ſi proprietati.ff.de iu.do.¶†Quid au-
tem ſi contractus venditiõis ſit celebra
tus ſub aliqua conditione an laude-
mium ſeu tertia vendia debeat ſolui
tempore contractus:an vero tempore
purificate conditionis:vide per Bart.
in.l.ſancimus.C.de cõſuli.li.xij.¶Que
ritur etiam de tali caſu homo meus p-
miſit vendere certum prediũ ſempro-
[illegible] certo pretio vtrũ ex illa ꝑmiſſione
deueat ſolui tertia venditio dic ꝙ non
quia aliud eſt vendere ⁊ aliud eſt pro-
mittere de vendendo.l.in bone fidei.in
39 fin.ff.de eo ꝙ certo loco.¶†Sed pona
mus ꝙ homo meus de illa ꝑmiſſiõe mi
hi ſponte ſoluerit laudemium ſeu ter-
tiam vendiam deinde realiter vendat.
Nunquid de illa venditiõe iterato de-
bebit ſolui laudemium.Concludite ꝙ
nõ:q2 qñ fuit ſolutũ laudemiũ de princi
pali ꝯtractu nõ debet ſolui de executio
ne etiã ſi illa executio tranſeat in nouũ
contractũ.Nã venditio predicta eſt exe
cutio prime ꝑmiſſionis ergo non debet
ſolui nouum laudemiuz.Ad hoc allega
vobis Barto.in.l.fi.§.quoties.ff.de pu-
bli.Idem dicendum eſt ſi homo meꝰ ve
dat predium alteri ⁊ de illa venditione
ſoluat mihi tertiam vendiam:deinde
actualiter tradat poſſeſſionem ipſius
predĳ emptori ex illa traditione nõ de-
bebit ſoluere nouum laudemium quia
illa traditio eſt executio vẽditionis pri
mo facte licet per ipſam traditionẽ trãſ
feratur dominum ⁊ ex ſolo titulo vendi
tionis non transfertur dominium.l.ſi
ager.ff.de rei vendi.⁊.l.traditionibus.
C.de pact.⁊.l.fina.arguendo per locum
a ſpeciali.C.de ſacroſan.eccle.ita deter
minat expreſſe Pau.de ca.ſuo conſilio
clxxxvij.incipiente in chriſti noīe amen.
videtur dicendum.⁊ ibi ponit aliuz pul
chrum caſum de debitore qui ſe obliga
uit ſoluere creditori certam pecuniam
in certo termino nõ ſoluat liceat credi-
tori ꝓpria authoritate capere de bonis
ipſius debitoris vſque ad concurrentem
quantitatem an tunc tenebitur credi-
tori ſoluere laudemiuz vide ibi plene p
40 eum.¶†Nunc eſt an ſubiectus ratio-
ne homagĳ poſſit ſe liberare ⁊ relaxare
ab ipſo homagio.Concludite ꝙ ſi ho-
magium fuit preſtitum.ſimpliciter aut
fuit preſtitum ratione ⁊ cõtemplatiõe
feudi ꝯceſſi et qui preſtitit.¶Primo ca
ſu homo ſemper remanet aſtrictus et



ipſe et liberi eius quia filius hominis
mei eſt homo meus vt late in preceden
tibus:⁊ hoc intellige qñ homagiuz fuit
preſtitum aliqua iuſta cauſa que in du-
bio preſumitur in ſuperioribus.In ali-
quibus tamen locis eſt conſuetudo qđ
ſi differant ſtragam ſeu caſeamentum
⁊ alibi ſe transferant ꝙ liberantur a iu-
go homagĳ ⁊ in illis locis ſeruanda eſt
conſuetudo illa alias autem ceſſante ta
li conſuetudine poſſunt vendicari vt ho
mines ſi ſuccedant patri in bonis here
ditariĳs alioquin ſi abſtineant ab here-
ditate paterna vel alias non ſucc[e]dant
patri non debent aſtringi ex facto pa-
tri.ar.l.fin.§.fin.ff.de contrahen.emptio.
iuſtum enim et equum eſt vt qui lucruz
non percipiunt nõ debeãt ſentire onus
non enim debet portare onus ille qui
eſt excluſus ab honore.l.qui filium.et.l.
ab eo.C.de fideicommiſ.Iſte enim qui
caret bonis habetur quadam cõſidera-
tione pro mortuo.l.j.§.ſi pater emanci-
patus.ff.de coniug.cum emanci.liber.
vnde eius conditio non debet aggraua
ri ſicut nec conditio hominis mortui.c.
quorundam.xxiiij.queſtio.vij.¶Secun-
do caſu principalis quando homagium
fuit preſtitum propter feudum poteſt
homo renuntiando illi feudo ſe libera-
re ab illa ſeruitute.c.j.in titulo.de vaſal.
qui cõtra conſti.lotha.quod tamen intel
ligatis ſecundũ ea que ſtatim dicã.Hãc
diſtinctionẽ facit Io.rey.i.c.imperialẽ.
§.fin.in antepe.char.in titu.de phi.alie.
feu.per Fede.allegat not.per Spe.in ti.
de feu.§.quoniam ſuper homagĳs.ver.
vij.et ver.viij.allegat etiam do.genito-
rẽ ſuũ in ſuis cõſilĳs.Ego in iſto pũcto
reſideo in hac opinione,qñ homagiuz
eſt preſtituz ꝓpter feudum et ſic eſt ho-
magium reale tunc homo bene poteſt
ſe liberare a iugo homagĳ renũtiando
illi feudũ.Sed qñ eſt homagiũ ꝑſonale
nõ credo ꝙ refutatione ſeu renũtiatio-
ne quis poſſit ſe liberare q2 talis homo
ex ſuo cõtractu fecit ſe aſtrictũ.Et tale
homagiũ ꝑſonale habet onera recipro-
ca hinc ⁊ inde non eſt aũt bñficiũ ⁊ ideo
homo meus nõ põt me inuito ſe libera-
re ab illo nexu homagĳ ar.l.nihil tam
naturale.ff.de reg.iur.et in regula pri-
ma.extra de regu.iur.in antiquis.Ad
premiſſa allego vobis Dy.et Barto.
in.l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcen.
41 vbi dicunt † ꝙ emphyteota vel feu-
datarius non poteſt cedendo rei em-
phyteotice vel feudatarie ſe liberare
ab obligatione.quando emphyteoſis
fuit conceſſa et conceſſum ad certum
quid determinatũ.Ad punctuz de tali
feudo allegate bonã glo.in.c.fi.in tit.de
capita.qui curi.vendi.Secus ſi feuduz
vel emphyteoſis nõ ſit cõceſſum ſeu cõ
ceſſa ad certum quid determinatũ ad-
de Io.de imo.qui ſequitur Dy.⁊ Bar.
in.c.ad audientiã.quaſi in fin.col.extra
de reb.eccle.nõ alie.Et ibidẽ dicit idem
eſſe in cõtractu cẽſuali ꝙ eſt bene notã.
42 ¶†Itẽ ꝙ ſupra dixi ꝙ feudũ põt refu-
tari limita niſi vaſallus iuraſſet ad ſan-
cta dei euãgelia nõ cõtrafacere nõ con-
trauenire.nã tũc nõ poſſet refutãdo ſe
liberare ab homagio.ſeu a fidelitate:
ita dicit Bal.in.c.que in eccleſiarũ.cir-
ca.vj.col.in ver.iuxta ꝑmiſſa queritur
vtrũ vaſallus.extra de conſtitu.vbi ple
ne examinauit iſtũ paſſum allegat gloſ.
ſingu.in.l.ſi pecuniaz.in verbo neceſſe
habeas.ff.de condi.ob cauſam.Idẽ vult
ipſe Bal.in ꝑe.feu.in.ij.charta.in ver.
ſed pone ꝙ ꝯtractus feudi fuit celebra
43 tus per ſtipulationẽ.†Nã iuramentum
obligat preciſe ad factũ vt vult illa glo.
ſingu.⁊ bñ probat in.c.ſi.extra ne pre-
la.vi.ſuas.⁊ hoc vult Bald.⁊ Sali.in.l.
vnica.C.de ſenten.que ꝓ eo ꝙ inter pro
44 ſe.¶†Secũdo finit homagiũ ſi homo
meus de conſenſu meo ſubroget alium
loco ſui per not.per Specu.in.d.§.quo-
niam ſuper homagĳs.ver.xx.¶Ter-
tio finit per emptionẽ rei propter quaz
fuerat preſtitũ homagiũ per.l.j.C.de iu-
re emphy.et per.l.qui vſumfructũ aree.
ff.de vſufru.¶Quarto finitur excommu
nicatione nam dum eſt dominus ex-
communicatus durante illa excommu-
nicatione homines ſui ⁊ vaſalli ſunt li-
berati in tantum ꝙ non tenentur ſibi
obedire text.habetis.in.c.j.in titu.hic fi
nitur.l.et incipi.conſue.regu.in lib.feu-
do.¶Quinto finitur preſcriptione cen-

ſum annorum: nã ſi hoĩes mei per tan-
tum tp̃s mihi nõ ſeruierũt nec preſti
terunt mihi ſeruitia. ſed vixerunt in li-
bertate curſu tanti tẽporis erũt libera-
ti ab homagio. l. hoc iure. §. ductus aq̃.
ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. ⁊. c. ſup quibuſ-
dam. §. preterea. extra de verbo. ſignifi.
Ita dicit. do. Floria. de ſancto Pet. do-
ctor bononienſis in. l. hec aut iura. ff. de
ſerui. vrb. predio. not. per cano. in. c. ad
audiẽtiã. extra de preſcrip. Et hoc limi
tabis niſi dicti hoĩes ceſſaſſent preſtare
ſeruitia dño etiam ꝑ tempus de quo. ʒ.
Ex eo qꝛ dñs nũq̃ ĩdiguit nã hoc caſu
nõ poſſent allegare ſe tutos ꝑſcriptiõe.
ita dicit elegãter Bar. in. l. i filijs. C. de
decu. lib. x. ⁊ idẽ Bar. in. l. cuʒ ſcimus. C.
de agri. ⁊ cẽſi. lib. xj. ¶ Sexto finit ho-
magium expreſſa remiſſiõe ſeu libera-
tione facta per dñm. Aduertite tamen
qꝛ hoc caſu non liberaret homo a iure
reuerentiali. tex. eſt no. in. l. fi. in ver. re-
uerẽtia. C. de bonis liber. Itẽ nõ libera-
ret ab eo ꝙ de facili poſſet experiri ꝑ
eum: tex. eſt ſingulis ⁊ ibi Bart. in. l. de-
cu. C. de decu. lib. x. vbi Bart. colligit ex
illo tex. ꝙ immunitas alicui cõceſſa nõ
eximit illum ab actu qui de leui poteſt
45 expediri. qđ eſt bene notanda. †Sed an
iſta remiſſio ſeu liberatio ab homagio
poſſit fieri in vlti. volũtate vel mandari
Bal. i. l. ij. c. de oper. liber. determinat ꝙ
ſic. Nam ibi format talem. q. Pater in
teſtamento iuſſit filio ſuo ꝙ deberet li-
berare vnum ex ſuis vaſallis ⁊ homini
bus. filius mortuo patre liberauit illuʒ
vaſallum ab omni ſeruitute retẽtis ali-
quibus tamen ſeruitijs. Queritur nun-
quid talis retentio valeat: determinat
ꝙ non qꝛ cum illa liberatio ab homagio
et ſeruitute deberet fieri ex neceſſitate
ſi ꝓpter iuſſum patris debebat fieri pu
re ⁊ ſimpliciter nullo retento ſeruitio:
Monetur ꝑ illam. l. ij. C. de ope. liber. al
legat etiã. l. vxorẽ. §. pater naturalis. ff.
de leg. iij. ⁊. l. qui vſumfructũ. ff. de ver.
ob. Eſt ergo ꝯcluſio ꝙ iſta liberatio ſeu
remiſſio homagij põt fieri nedum inter
viuos ſed etiam in vltima volũtate. Et
ſi vtilis ſcire qualiter debeat cõcipi in-
ſtrumentũ affranchamenti ab iſto ho-
magio vide Spec. in titu. de ſeruis non
ordi. §. porro. ⁊ ibi etiam per Ioan. and.
46 in addi. ¶ †Septimo finit ⁊ extinguit
homagiũ ꝓpter mala tractamenta do-
mini qꝛ ſeue ⁊ tyrannice tractat ſubdi-
tos ſuos ⁊ qꝛ iſte paſſus eſt quotidian⁹
cum vobis plene diſcutiã. Nam in pri-
mis Albe. de roſa. l. l. bene a Zenone. C.
de quadri. preſcript. circa. vj. colũ. dicit
ꝙ qñ dñs male tractat ſubditos ſuos
poteſt priuari dominio. Bal. in. l. ij. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. dicit per il-
lum tex. ꝙ propter nimiam ſeueritatem
dñi poteſt ſibi auferri iuriſdictio. alle-
gat Cy. ibidem ita velle. Naʒ ille q̃ abu
titur dñio facit ſe indignũ dñari: idem
Bal. in. c. j. §. publici latrones. in titu. de
pace tenen. ⁊ eius vio. in vſi. feu. dicit ꝙ
dñs qui male tractat ſubditos ſuos po-
teſt moueri per ſuperiorem vt eos tra-
ctet modo debito alias ꝙ auferret ſibi
caſtrũ. Idem Bal. in aut. ſtatuimus. C.
de epiſ. ⁊ cle. dicit ꝙ cuʒ comes flandrẽ
ſis denegaret iuſtitiã ſubditis ſuis ipſi
ſubditi habuerũt recurſuʒ ad regẽ Frã
corum pariſi⁹ ⁊ dicebãt ꝙ ipſe comes
debebat priuari iuriſdictione eo qꝛ ſe-
pe requiſit⁹ denegauerat iuſtitiã ſubdi
tis ſuis. Et ipſe Bal. poſt Pet. de bella-
per. ibidẽ dicit ꝙ prefatus comes non
debebat de hoc curare q̃tum ad pri-
uandum eum iuriſdictione ſed eſt bene
verum ꝙ ipſe incurrat indignationem
ſuperioris ⁊ tenebaꝛ leſis ad intereſſe.
allegat tex. in. §. ſic tibi. in aut. de mãda.
prin. ſed ex eo ꝙ incurrerat indignatio
nem ſuperioris poterat punire arbi-
trio ipſius ſuperioris. allegat text. in. §.
ſuper hoc. i aut. de queſto. Pau. de ca-
ſtr. in aut. qui rem. C. de ſacro. ſan. eccle. di-
cit ꝙ quando dominus male tractat
ſubditos ⁊ vaſallos ſuos debet priua-
ri dominio. monetur exemplo ei⁹ quod
diximus de emphiteota qui not. dete-
riorauit rem emphiteoticam. quia de-
bet priuari emphiteoſi. Ad idem alle-
go vobis bonũ tex. in. c. ad apoſtolice. ex
tra. de re iudi. lib. vj. Inter has opinio-
nes videtur mihi ita diſtinguendum:
Aut dominus delinquit in omittendo:
puta quis non facit iuſtitiam homini-



bus ſuis tunc dicerem ꝙ ex hoc non de
bet priuari ſua iuriſdi. licet leſis tenea-
tur ad intereſſe ⁊ incurrerat indignatio
nem ſuperioris: et ita intelligo Bald.
in. d. aut. ſtatuimus. Aut delinquit in
faciendo: puta quia ſeueriter et tyran-
nice tractat ſubditos ſuos ⁊ tũc dicerẽ
eos poſſe priuari. ⁊ ita intelligo Albe-
ri. de roſa. in. d. l. bene a Zenone. et Bal.
poſt Cyn. in. d. l. ij. ff. de his qui ſunt ſui
vel alie. iur. Et Pau. de caſtr. in. d. aut. q̃
rem. ⁊ tex. in. d. c. ad apoſtolice. in ver.
exinaniuit. Nõ nego tamen q̃n cautela
Bald. in. d. §. publici latrones. ſit bona
quia optimum conſilium eſt ꝙ ſubditi
habeant recurſum ad ſuperiorem et fa-
ciãt moueri dominum terre vt tractet
homines ſuos modo debito cuʒ commi
natione ꝙ alias auferret ſibi caſtrum.
Et iſtum paſſum noteris quia eſt quo-
tidianus. Nec miremini ꝙ delictum in
faciendo grauius puniatur q̃ delictum
in omittendo quia ſimile habetis ꝑ gl.
ordinariã in. l. mora. ff. ſolu. matri. Item
dominus debet defendere hoĩes ſuos
et ſubditos ab oppreſſionibus propter
ſeruitia que ſibi p̄ſtant. c. j. §. dñs quoq̃.
in ti. de for. fide. ⁊ in. c. j. de forma. §. dñs
quoq̃. xxij. q. v. Item debet bene regere
⁊ gubernare ſubditos ſuos/⁊ eis iuſti-
tiam facere miniſtrari alioquin non eſt
rex nec verus dñs. c. regum. ⁊. c. rex de-
bet. xxiij. q. v. ⁊. c. ſcelus. ij. q. j. faciũt opti
me ea que habentur in. c. j. in fi. in ti. de
47 mili. ⁊ vaſal. q̇ ꝯtu. ẽ. †Et ſi ip̃e dñs ne-
ſciat regere neq̃ gubernare terrã ſuã
ꝓpter defectũ intellectus. puta qꝛ eſt fu
rioſus vel mentecapt⁹ ſubditi poſſunt
habere recurſum ad ſuperiorẽ tꝑalem
illius dñi ſi illum habet alias ad papam
vt dño furioſo et mentecapto det coad-
iutorẽ. c. grandi. extra de ſup. negli. p̄la.
lib. vj. habeꝛ in. c. j. extra de cleri. egro.
eo. lib. ⁊ ita expreſſe determinat Spec.
in ti. de feu. §. quoniam ſuper homagijs
48 ad fi. †Itẽ ſi dñs non impendat ſubdi-
tis ſuis officiũ debitum ſubditi nõ tenẽ-
tur ſibi ad ſeruitia. Ita determinat Bal.
in proe. ffor. in. iij. char. non tamen eſt li-
citũ ſubditis ꝓpria authoritate recede
re a dño ſuo ⁊ aliũ eligere. Ita determi-
nat Bal. in. l. ex hoc iure. in fi. pe. col. ff.
de iuſt. ⁊ iur. tamen ſi ipſe dñs ſepe re-
quiſitus nõ poſſit regere ⁊ bene guber
nare ſubditos ſuos nec eis dominari
tunc eis licitũ eſt ſe ſubmitte. alias aũt
regulariter nõ eſt licitũ ſubditis ꝑ arbi-
trio eorũ mutare dñm: ita determinat
Hoſt. ⁊ Io. an. in. c. fi. extra de iudi. ⁊ idẽ
Ioan. an. ⁊ oẽs doc. in. c. preſidentes. ex-
tra de here. lib. vj. no. per Bal. in. d. l. ex
49 hoc iure. i. j. col. ¶ †Itẽ p̃t finiri homa-
gium ꝓpter nimiã ſeuitiã dñi qui quo-
tidie ĩfert violẽtias iniurias ⁊ offenſas
hominibus ſuis. Nam ꝓpter hoc poſ-
ſunt petere ſe eximi ⁊ liberari ab eius
iuriſdictiõe ⁊ homagio. per. l. ij. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. ⁊ per. l. j. cũ ibi
notatis per Bart. C. ſi quacũ. predi. pe.
¶ Nunc formo aliquas vtiles queſtio
nes ĩ hac materia homagiorũ ⁊ quero.
Quidam comes habet caſtrum quod
tenet ĩ feudũ ab alio dño: ille dñs ſupe
rior petit ꝙ homines ipſius comitis iu
rẽt ſibi fidelitatẽ: comes dicit ſe ad hoc
non teneri nec hoĩes ſuos teneri iura-
re fidelitatem ipſi ſuperiori dño: vnde
queritur quid iuris. Bal. in cõmen. pa-
cis conſtã. in pe. ſeu antepe. col. in verſi.
hec ſunt nomina. determinat dictos ho
mines non teneri iurare fidelitatẽ illi
dño ſuperiori niſi inueſtitura eſſet ap-
poſitũ pactum ꝙ nedum ipſe comes ſʒ
etiã homines ſui tenerentur iurare fi-
delitatẽ: qꝛ homo vaſalli mei non eſt ho
mo me⁹. de hoc habetur per Spe. in ti.
de feu. §. quoniam ſuper homagijs. ver.
xiiij. queritur cũ ſeq. Addite ꝙ pro opi-
nione Bal. optime facit ꝙ ipſemet Bal.
no. in. l. j. i. xliij. q. ff. de re. diui. vbi dicit
ꝙ poſtq̃ princeps inueſtiuit me de ca-
ſtro cũ mero mixto imperio ⁊ omnimo
da iuriſdictione nõ põt poſtea ſe intro-
mittere de primis cauſis ruſticorũ meo
rum quia ego habeo ius vtile. Quidem
in hac parte infert directo ⁊ tenere bo-
50 ne menti iſtam deciſionem. ¶ †Ultima
quero ego habebam caſtrum in quodã
loco ⁊ homines illi⁹ loci ex pacto tene-
bantur mihi cuſtodire illud caſtrũ. Cõ-
tingit ꝙ dictũ caſtrum ꝓpter guerram
fuit penitus diruptũ. Ego feci edifica

re aliud caſtrum non in eodem loco ſed
ibi prope vtrũ illi homines mei tenean
tur mihi cuſtodire illud caſtrum de no-
uo cõſtructũ. Iſta queſtio fuit diſputa-
ta in ſtudio paduano ꝛ cõcluſum fuit ꝙ
homines tenebãtur quia cenſetur idẽ
caſtrum cum ſit ſubrogatum in locum
primi ꝛ ſubrogatum de ſapere naturam
ſui ſubrogatus. l. ſi eum. §. qui iniuria-
rum. ff. ſi quis cautio. et. c. eccleſia. extra
vt lit. pen. Et pro hac parte adducitur.
l. legatã. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen.
ꝛ. l. legatũ. ff. de vſufr. leg. ꝛ. l. fi. ff. de ope.
pub. in quibus iurib⁹ habetꝛ ꝙ legatum
factum in vnã cauſam ſi nõ poſſit ↄuer-
ti illã cauſam debet cõuerti in aliã cau
ſam in ꝓprijs terminis refert et deter-
minat Albe. de ro. in. l. ſi vſufructus. ff.
51 q. mo. vſufru. amit. ¶ † Quero etiã ſunt
tres dñi in eo caſtro. ꝛ habent homines
habitantes in illo loco. Nunqd poſſunt
inter ſe diuidere homines illos. Cõclu
dite ꝙ lꝫ iuriſdictio ſit indiuiſibilis vt
habetur in. c. imperialem. §. preterea du
catus. in titu. de prohi. alie. feu. per Fe-
de. no. per glo. in. l. ſi eque. in prin. ff. de
vſufru. tamẽ adminiſtratio ꝛ exercitiuꝫ
iuriſdictionis bene poſſunt diuidi. Iſta
eſt doctrina Bart. in. l. inter tutores. ad
fin. comen. ff. de admini. tut. Notatur ꝑ
cano. maxime ꝑ Imo. ꝛ Panor. in. c. pru-
dentiam. in prin. in qõne quam ibi for-
mant de comite qui deceſſit relictis fi-
52 lijs. extra de offi. de leg. ¶ † Quero vlte
rius quidam dñs habens merũ mixtũ
imperiũ ꝛ omnimodam iuriſdictionẽ in
loco vult ingredi ipſum locũ cũ gentib⁹
armatis homines illius dñi habitan-
tes in loco illo ſe opponunt ꝛ dicunt ꝙ
nolunt ꝙ ingrediatur niſi cũ certo nu-
mero dicite ꝙ talis opp. non debet ad-
mitti ꝛ hoc facit cõtra illos homines q̃
volunt paciſci cũ dño ſuo ꝙ non poſſint
intrare locũ cum gentibus armatis vel
niſi cũ certo numero. nam nõ debẽt au-
diri. Item dicunt not. Ioan. an. in nouel
la. ꝛ Do. de ſancto Gemi. in. c. grãdi. ex-
tra de ſupplen. neg. prela. Ruſus que-
ro homines mei tenẽtur mihi preſtare
decimas bladi ꝛ vini. Ego facio eis pro
hiberi ſub pena ne recolligant meſſem

vel vindemiam niſi prius ea viſa quia
dubito fraudari ꝛ volo ponere iſpecto
rem qui videat ꝗtitatem meſſium et
vindemie vtrũ hoc poſſum facere de iu
re. Cõcludite ꝙ ſic ad hoc adduco vo-
bis no. ꝑ Bal. in. l. ſi ita. §. dñs. ff. de vſu.
et habita. ꝛ not. per Ange. in aut. nunc
heres. C. de liti. et ita fuit iudicatum in
queſtione facti me conſulente. dicit etiã
Angel. in. d. aut. ꝙ ſi dominus habeat
vaſallum ſuſpectum poteſt pro ſuo in-
tereſſe apponere cuſtodem in caſtro va
53 ſalli ꝙ notetis. ¶ † Adhuc quero homo
meus deliquit in alieno territorio. Nũ
q̃d ego tenear tradere illi iudici in cui⁹
territorio deliquit. Concludite ꝙ aut
fuit repertus in fraganti crimine ꝛ iſte
Bald. in. c. j. §. ſi iudex. in titu. de pace te
nen. et eius violen. in vſi. feud. videtur
velle ꝙ familia illi⁹ iudicis in cui⁹ ter-
ritorio deliquit ꝛ repert⁹ eſt in fragãti
crimine eũ inſequi quocũqꝫ vadat ex q̃
incepit eũ inſeq̃ in ſuo territorio et ſic
ꝓncipiũ fuit licitũ. ad hoc adducit Bal.
l. ꝙ ait lex. ff. de adul. et ſic videt velle
Bal. ꝙ ſi familia iudicis illius territo-
rij in quo homo meus deliquit incepit
inſequi hominem meuꝫ in territorio il
lius iudicis poterit poſtea inſequi euꝫ
et eum capere in territorio meo ꝙ non
puto verũ. Et ad hoc allego vobis Bal.
i proprijs terminis in. l. ſecuti. §. ariſto.
ff. ſi ſerui. vendi. vbi dicit ꝙ capiens ma
lefactorem in alieno territorio tenetur
actione iniuriarum ei cuius territoriũ
offendit per tex. ad hoc not. in. c. ex par-
te in chriſto. extra de verborum ſignifi.
Nec ego dominus hoc caſu teneor tra
dere ſeu remittere hominem meuꝫ illi
in cuius territorio deliquit: ſꝫ bene de
beo eum repellere a territorio meo ne-
debeo ſibi dare receptaculũ. l. cõgruit.
ff. de offi. preſi. de quo vide not. ꝑ Bart.
et omnes in. l. a diuo pio. §. ſententiaꝝ
ff. de re iudi. ꝛ not. in aut. qua in prouin
cia. C. vbi de cri. agi oportet. et in. §. ſi
vero quis comprehenſorum. in aut. vt
nulli iudi. ꝛ in clemen. paſto. extra de re
iudi. ¶ Si vero homo me⁹ non fuit re
pertus in fraganti crimine ſed pro deli
cto fuit proſcriptus ſeu condemnatus



a principe in cui⁹ territorio deliquit. ꝛ
tunc idẽ dicendũ ꝙ in caſu proxime pre
cedenti. l. iij. ff. offi. preſi. Si vero homo
meus non fuit repertus in fraganti cri
mine nec fuit proſcriptus ſeu cõdẽna-
tus ſed ſolum inculpatus de crimine ſi
habet habitationem in terra mea non
teneor eum tradere petẽti imo ego de-
beo eum conſeruare ꝛ tueri quia domi
nus non dꝫ eſſe bechari⁹ ſui ſubditi ſꝫm
Bald. in. d. §. ſi iudex. Si vero non ha-
bet habitationem in terra mea teneor
eum tanꝙ profugum tradere petenti
niſi timeam de violentia irrationabili.
Iſtam diſtinctionem faciunt Bald. et
Jacob. aluaro. in. d. §. ſi iudex. quod te-
nete bene menti.

¶ Explicit Tractat⁹ homagiorum ex-
cellẽtiſſimi Juris vtriuſqꝫ docto. do. Ja
cobini de ſancto Georgio ciuis Thau-
rinẽſis. Apprime cũ ſummarijs copio-
ſis reimpreſſum: curaqꝫ vigilãtiori pur-
gatum Lugd. Opera ꝛ induſtria Bene-
dicti Bõnyn. Anno natiuitatis domi-
ni noſtri Jeſu xpi. M. cccccxlij. die. xxix.
Menſis Nouembris.

¶ Regeſtum.

Aa Bb A B C D E F G H J K L
M N O P Q. Omnes ſunt quater-
niones demptis Bb ꝛ Q qui ſunt duer
niones.

Laus deo.

7.a